




Presented by the
Misses Hewitt
February 1922



DESCRIPTION EXACTE
DES PRINCIPALES
CURIOSITEZ
NATURELLES
DU MAGNIFIQUE
CABINET
D'ALBERT SEBA.

TOME QUATRIEME ET DERNIER.

LOCUPLETISSIMI RERUM NATURALIUM THESAURI

ACCURATA DESCRIPTIO

ET

ICONIBUS ARTIFICIOSISSIMIS

EXPRESSIO

PER

UNIVERSAM PHYSICES HISTORIAM.

OPUS,

CUI, IN HOC RERUM GENERE, NULLUM PAR EXSTITIT.
EX TOTO TERRARUM ORBE COLLEGIT,
DIGESSIT, DESCRIPSIT, ET DEPINGENDUM CURAVIT

ALBERTUS SEBA,

ETZELA OOSTFRISIUS,

ACADEMIÆ CÆSAREÆ LEOPOLDINO CAROLINÆ NATURÆ CURIOSORUM
COLLEGA XENOCRATES DICTUS; SOCIETATIS REGIÆ ANGLICANÆ,
ET INSTITUTI BONONIENSIS, SODALIS.

TOMUS IV.



I. F. D. R. inv. P. Tanjé sculp.

AMSTELAEDAMI,

APUD H. C. ARKSTEUM ET H. MERKUM,
ET PETRUM SCHOUTEN.

MDCCLXV.

PRÆFATIO.


ANDEM aliquando, Lector benevole, quartus idemque poſtremus incomparabilis Rerum naturalium Theſauri *D. Alberti Sebæ* Tomus, ut promiſeramus, Tibi offertur.

Quod ſi tres priores hujus Operis Tomi exteros æque ac populares noſtros, cum incredibili numero, tum varietate ac raritate rerum contemplatione digniſſimarum, quæ iſto Naturæ theatro expoſitæ ſunt, jure meritoque in admirationem rapuerunt; eſt profecto, cur confidenter aſſeveremus, fore ut, quæ cum maxime exhibemus, Naturæ producta, prope innumera, ſplendidiſſima, vix comprehenſibilia, plura quoque a nemine antehac in lucem prolata, eorum animos etiam ad ſtuporem usque percellant.

Poſtquam præcedentibus Tomis ex univerſo quaſi Naturæ ſinu in medium adducta ſunt ſelectiſſima quæque & maxime admirabilia illorum corporum exempla, quæ duo grandia Vegetabilium & Animantium Regna ſuppeditant; colophonem denique operi imponimus exhibitis, quæ exanguia aut rectius exoſſia (ἀνοςεα) dicuntur, animalculis. Quodſi in iſta rerum viventium claſſe minutius examinanda ſtudioſe elaborare & quæ tum admirabilia, tum terrifica, continet, exponere animus eſſet, immenſus profecto campus, ſtupendis pleniſſimus prodigiis, nobis aperiretur. Heic diurnos videas nocturnosque Papiliones, & formæ elegantia, & amabili ſplendidiſſimorum velut Iridis colorum varietate ſuperbire. Illic inſpecioſum Bombycem nitidiſſimi ſerici fila promere. Tenuis Coccionellæ quis non fulgidiſſimum miretur pigmentum? Apumve induſtriam in melle ac cera colligendis? Et quid de Gallinſectis aliisque innumeris dicam animalculis, quæ generis humani neceſſitatibus quam benigniſſime ſubveniunt? Praeterea, quoties minutæ hae copiæ, quantumvis apud imperitos deſpicatui habitæ, tanquam obſequioſæ Divini Numinis miniſtræ, ultrices pœnas ſceleratis hominibus infligunt? Unicum agmen, ut verbis eruditiſſimi *Sulzeri* (*a*) utar, Ejus mandata capeſſit atque exequitur in renumerationem aut ſupplicium. Cum DEUS humanum genus pœnis afficere conſtituit, vel unica horum ſatellitum familia, ad numerum maris arenarum ſeſe multiplicare juſſa, mox in procinctu eſt ad decreta Ejus conficienda. Placeat Ipſi herbas frugesque telluris vaſtare, confeſtim Erucarum legiones ſe efferunt omnia depopulantes (*b*). Scarabæus frumentarius (*c*), puſilla beſtiola, quam pernicioſe Triticum depaſcitur in noſtris granariis? Quantam in aliis regionibus Locuſtæ (*d*) calamitatem ſæpe afferunt, quæcunque obvia ſunt, vorando?

Sufficit hoc loco commoda ac detrimenta, quibus vilia hæc animalcula nos afficiunt, levi digito attigiſſe, ut liquido innoteſcat, non inutilem eſſe operam, quæ in illis cognoſcendis collocatur.

Abſolutis ita, quæ regnum animale complectitur, rebus creatis, ſubjicimus tandem, in magni hujus Operis complementum, illas quoque materias, quæ a Summo rerum Conditore & Arbitro intra telluris gremium imosque receſſus collocata Regnum lapideum, latiore ſenſu dictum conſtituunt. Novus heic denuo theſaurus conſpicitur rerum admiratione digniſſimarum, quas Natura nunquam non actuoſa producit. Videas aurum, argentum, æs, ſtannum, plumbum, ferrum, ſemimetalla &c. prout in terræ viſceribus, diverſis locis recondita inveniuntur, ea, quam ars attingere poteſt, accuratione delineata. Quis ille mundi ſpiritus eſt, aut quænam aura per tellurem diffuſa, cui tot ac tam differentium metallorum, tantæque varietatis lapidum, vulgarium, pretioſorum, Adamantum cæterarumque Gemmarum, amoeniſſimis coloribus radiantium generatio ſit tribuenda? Ecquis iſtorum corporum naſcendi modum aut inditas a natura dotes unquam plene ſolideque expoſuit? In his profecto vel acutiſſima etiam ingenia cæcutiunt. Quanta colorum, quanta materierum atque formarum diſcrepantia! Stupet oculus his contemplandis intentus viſusque acies obtunditur.

Corpora petrifacta, quæ pro magna parte vera dixeris teſtimonia & valde memorabiles reliquias diluvii univerſalis, quo juſtiſſima Divini Numinis ira olim in nefarium hominum genus animadvertit, agmen denique claudunt atque magnifico huic mirabilium Naturæ operum theatro finem imponunt. Quis ſine horrore cogitet, quam vis fluctuantium aquarum induxit, immanem hujus univerſi perturbationem rerumque omnium confuſionem; quum certis indiciis intelligit, corpora, quæ natales ſuos Aſiæ debent, hodiedum in diſſitiſſimis Europæ regionibus ex montium viſceribus erui?

Ampliſſimo igitur hoc opere abſoluto, dataque eorum, quæ complectitur, levi adumbratione, ſupereſſe iſtud ſolummodo videtur, ut de ejusdem inſtituto ac fatis quædam adjiciamus.

Indefeſſus

(*a*) *Sultzer* Kennzeichen der Inſecten, nach Anleitung C. Linnæus. Zurich. 1761. 4to.

(*b*) *Linnæi* Fauna Suecica.

(*c*) Curculio frumentarius. Lin. ſyſt. nat. ſp. 11.

(*d*) *Rathlof* Verhandeling der Sprinkhanen. Amſt. 1750. 8vo.

Indefesessus Auctor, *B. Seba*, prout in præfatione Tomi tertii indicavimus, quæcunque postremo Tomo destinata erant, secundum icones ad naturam pictas, tabulis æneis incidi jamiam curaverat eoque hinc more, qui tum temporis usitatus erat, (obiit autem anno hujus sæculi sexto & tricesimo.) exhibuerat. Classes itaque, ordines, genera & species istarum rerum, tametsi paulo magis, quam in præcedentibus Tomis, minus tamen, quam hodie desiderari possit, in ordinem systematicum digesserat. Quo factum, ut coacti fuerimus Auctoris ductum sequi potius, quam multa novare.

Magis autem hoc dolendum est, quod universus iste longe præstantissimus Insectorum admirabilium apparatus, cui parem forte nunquam vel regia quoque musea totius Europæ sibi comparare poterunt, fato adverso per incuriam neglectus plane interierit. Ita nimirum evenire solet, cum ultimam defunctorum voluntatem dissentientes inter sese hæredes aliter atque aliter interpretantur. Quum igitur anno quinquagesimo secundo hujus sæculi incomparabilis rerum naturalium thesaurus magni hujus Viri publica auctione Amstelædami distraheretur, totam illam Insectorum collectionem deficere evulgato catalogo compertum est.

Debuit profecto a nobis, qui commentatoris officium suscepimus, irreparabilis istius jacturæ mentio hoc loco fieri, ne quid omitteretur, quod indefessam Auctoris diligentiam commendare, aut obvios forte in hoc opere errores excusare queat. Etenim inde sine dubio profectum est, quod in faciendis iconum correctionibus circa antennas præsertim atque unguiculos nonnullorum, quæ rarissima sunt, insectorum nihil admodum præstari potuerit. Nec vero infrequens est pictorum & chalcographorum in hujusmodi minutiis sibi visis accurate exprimendis negligentia.

Quod attinet ad Erucas quasdam in hoc opere exhibitas earumque transformationem in Aurelias, ex quibus diurni nocturnique Papiliones dein prognascuntur, fateri quoque oportet, aliquibus locis (*e*), etsi non ubique, erratum esse. Et quis miretur falsis perversisque relationibus Auctorem ipsum fuisse deceptum? Quoties evenit, ut vel amici, qui consuluntur, vel peregrinatores, qui talia ab exteris regionibus afferunt, eorum naturæ haud satis gnari, soloque nixi hominum plane rudium testimonio, nimis confidenter asseverent, alterum alterius vel Erucam, vel Nympham, vel Papilionem esse! Et cum humanum sit errare, non sane succensendum est, sicubi imperiti homines in immensis Naturæ campis errore quodam implicantur. Attamen postremus iste defectus nunc quidem, ex quo Naturæ cognitio longe magis, quam olim, ampliata est, sic satis facile cognosci corrigique valet. Præter unicum, quod obstat, exemplum, ab indefesso Naturæ ruspatore D. de Reaumur in suis operibus detectum, hodie certo scimus (*f*), ex illis Nymphis, quæ infantuli fasciis obvoluti formam referunt (*g*), constanter Phalænas prodire, & contra Nymphas Papilionum diurnorum semper plus, minus acuminatis tuberculis exornatas esse (*h*): Omnes præterea Erucæ, quæ postica corporis sede aculeum gerunt (*i*), in Phalænas, quæ nobis *Inquietæ* (*k*) dicuntur, metamorphosi transeunt; unicam modo excipias, quæ aculeo carens tamen Inquietam parit. Monendum vero, etiam Bombycis Phalænam Inquietis accensendam esse, ut cujus Eruca quoque aculeata sit. Isthoc canone generali, quem ipsa Natura fere in universum videtur constituisse, recte cognito id genus errorum facile vitari potest.

Desiderassent forsan nonnulli historiæ naturalis Cultores plenam singularum rerum, quæ in hoc Tomo depictæ exhibentur, exactamque descriptionem. Quibus equidem quæ responsi loco reponam, multa habeo. Primum enim meminerint, ipsum Auctorem, *D. Seba*, jam olim significasse, non sibi in animo esse, Systema historiæ naturalis condere, sed suum modo Museum ob oculos ponere &, quæ eo servantur, res simpliciter descriptas tradere. Ejusmodi autem descriptiones, quæ, cum ad naturæ operum contemplationem excitare & quantum exinde capi oblectamentum possit, ostendere debeant, amplioris utilitatis gratia cujusvis generis hominum captui accommodandæ sunt, quis nescit, quam longissime a rigidiore norma & accurata notarum characteristicarum determinatione, quæ Systematicis auctoribus hoc maxime ævo in usu est, deflectere? Quapropter etiam ipsæ piscium descriptiones, quæ præcedente Tomo continentur; tametsi a præstantissimo Ichthyologo *Artedi* concinnatæ, sic attemperari debuerunt, ut universi operis instituto responderent.

Deinde illud etiam considerari velim, longe aliam esse postremi hujus Tomi, quam priorum, materiem, Insecta nimirum exotica, ut quæ præ reliquis multo numerosissima heic proponuntur. Quam prope nihil est, quod de his rebus adhuc cognoscimus, si comparamus ea, quæ de prioribus

(*e*) Vid. Tab. IX. XI. XX. XLVI. alibig.

(*f*) *Reaumur* vol. 1. p. 455—486. Tab. XXVIII. fig. 6.

(*g*) Tab. XII. fig. 28. Tab. XV. fig. 4. Tab. XXII. fig. 4. Tab. XXVI. fig. 6, 10, 14, &c.

(*h*) Tab. I. Tab. II. fig. 2. &c.

(*i*) Tab. XI. fig. 3, 10, 15. Tab. LIII. Num. 4, 7, 10, 12, 16, 19. Tab. LV & LVI. &c.

(*k*) Tab. LIII. Num. 6, 9, 11, 14, 17, 21 & 22. Tab. LIII—LVI. &c.

ribus nobis innotuerunt? Longe major Infectorum, quæ heic occurrunt, numerus nunquam ante aut defcriptus aut delineatus fuit. Quamplurimæ varietates eorum in Mufeo Sebano primum comparuerunt nufpiam ante inter nos confpectæ; quas nunc etiam non aliter, nifi ex refiduis iconibus, cognofcimus; quia inæftimabilis ille thefaurus periit.

Liceat hanc quoque quæftionem, fubjuncta refponfione, adjicere. Quanam, quæfo, ratione pleraque id genus corpora ab exteris regionibus in noftra mufea perveniunt? Nimirum ex omnibus orbis partibus ad nos mittuntur, nulla ut plurimum alicujus momenti defcriptione addita: alias & in publicis auctionibus comparantur, ignoto fæpius vel ipfo quoque natali loco. Quæ quidem omnia in unum collata fi recte ponderaveris, æque Lector! nihil eft, cur dubitem fore, ut malis verace ac infucata defcriptione acquiefcere, quæ ex folis defumta fit iconibus ad ipfa exempla, quæ Auctor quondam revera poffiderat, confectis, quam prolixas hiftorias defiderare undecunque compilatas aut ex incertis admodum relationibus confarcinatas.

Cum maxime, præter notiffimum *Merianæ* (*l*) codicem, vix alii proftant Infectorum exoticarum Hiftorici. *Catesby* (*m*), *Edwards* (*n*) & *Röfel* (*o*) perpauca quoque fuis operibus inferuerunt, neque tamen addita eorumdem metamorphofi. Spes eft, fore, ut in Afia, Africa & America tandem aliquando obfervatores exfurgant periti non minus, quam fide digni, qui indolem atque œconomiam mirabilium iftorum animalculorum, in ipfis fuis locis natalibus, inveftigent. Europa certe ea jam nunc felicitate fruitur, ut, qui hos labores fuo patrocinio promovere geftiant, non fint defuturi.

Quodfi quis oculo non ftudiofiffime intento hoc opus percurrit, præfertim tabulas non coloratas coram fe habens, ei videri poffit, permulta horum Infectorum plus vice fimplici, per errorem, repræfentata effe. Nec diffitebor, in tanto eorum numero id contigiffe; nec fæpius tamen. Quum vero & fuis illud locis indicatum fit, æquitas excufationem promitit.

Eximius fulgor coloresque nitidiffimi, quos nonnulla iftorum animantium præ fe ferunt, multis de caufis alienari queunt. De qua re ideo aliquid etiam monendum.

Præter multiplices, quas ipfa natura facit, variationes magnam quoque vim in mutationibus inducendis exferunt radii folares, tum & volitatio per aëra diuturnior aut brevior. Eorum plumulæ, nudo oculo non difcernendæ, elegantiffimis, ut in avium genere, coloribus radiantes, volatu celeriore deteruntur, atque ardentiore fole ita afficiuntur, ut colores etiam plane immutentur. Quin vel Coleoptera (*p*) ipfa has noxas fentiunt, præfertim ficubi longiore tempore calentes inter arenas verfantur. Et mihi quidem perquam verofimile videtur, ifta colorum variatione factum effe, ut Cervi volantes (*q*) & Molendinarii dunorum (*r*) pro diverfis fpeciebus habiti fint.

Quoniam externa animalculorum conformatio ex adjunctis eorum iconibus fic fatis cognofci poteft, neque, ob ingens pretium, cujusvis eft exemplum Operis nativis coloribus ornatum fibi comparare; idcirco in hoc maxime incubuimus, ut accuratiffima, quoad fieri poffet, colorum & picturæ defcriptione defectus ifte fuppleretur.

Quod ad Mineras metallorum ceterasque res foffiles attinet, non admodum affeverare aufim, fatis accurate atque expreffe, quantum per irregularem earum faciem licuiffet, delineatas effe: Nemini harum rerum perito ignotum effe poteft, quam difficile fit & prope ἀδυνατον, naturam polydædalam in hoc fuo regno ex amuffim perveftigare omnesque, quas affectat, variationes arte exprimere. Interim induftriæ in hoc Opere adhibitæ non plane defuit fucceffus, maxime cum fcalpturæ colorum adjecta eft varietas. Heic igitur oculis illorum, qui has elegantias amant, fufpicitur thefaurus præftantiffimus minerarum exoticarum, rariffime in mufeis reperiundarum, Auri, Argenti, Aeris, Stanni, Plumbi, Ferri &c. quas Afia non tantum, fed Africa quoque & America fubminiftrant. Dolendum vero, cum in Tomi hujus editione elaboraremus, non nifi pauca aliquot horum foffilium exempla, ceterorumque meras fuperfuiffe defcriptiones. Minerarum Europæarum fplendidiffimæ, nec non in lapidem converfa corpora fuum quoque locum heic obtinuerunt. Quæ res cum infinita & colorum & formarum varietate fefe commendent, ampliffimam certe differendi materiem præbere poffent. Verum fuffecerit unicum hoc monuiffe, incredibili rerum naturalium, quæ præcefferunt, multitudine factum effe, ut vix fupereffet locus adjungendis adhuc aliquot tabulis, quibus id genus foffilium exhiberetur, quæ regularem conftanter a natura formam adepta funt: etenim vel folæ *Spatorum* fpecies varietates ultra fidem multiplices fuppeditare potuiffent.

Quan-

(*l*) *M. S. Merian* Surinaamfche Infecten. Amft. 1719. & 1730. fol.

(*m*) *M. Catesby* natural Hiftory of Carolina, &c. Lond. 1731. & 42. 2 vol. Folio.

(*n*) *G. Edwards* natural Hiftory of Birds. Lond. 1743. &, Gleanings &c. 6. vol. 4to.

(*o*) *A. J. Röfel* Infecten Beluftigung. Norimb. 1746. &c. 4 vol. 4to. cum fuppl.

(*p*) Coleoptera Linn.

(*q*) Tab. LXXXVII. fig. 23. 24. Tab. LXXXVIII. fig. 12. Tab. LXXXIX. fig. 7.

(*r*) Tab. LXXXVIII. fig. 11. Tab. LXXXIX. fig. 16. ad 21.

Quandoquidem stupendus Insectorum numerus maximam quarti hujus Tomi partem eamque longe præstantissimam constituit, in eo elaborandum esse existimavimus, ut thesaurus iste, cui nunquam ante par extitit, quoad fieri posset, utilitati publicæ adaptetur, imperitisque filum quasi Ariadneum in hoc Labyrintho præbeat. Quapropter in peculiari hac tabularum recensione, cuilibet animalculo non modo numerum diversorum generum, ad quæ in Systemate naturæ celeberrimi Linnæi (s) quodvis illorum referendum sit, adscripsimus; sed præterea etiam illas species, species, quæ in eodem Systemate memorantur, suis & numeris & nominibus, quibus ibidem veniunt, designavimus. Nonnulla, de quibus dubitavimus, signo interrogationis (?) notata sunt. Ingens autem numerus illorum, quorum speciebus Systema Linnæanum caret, asterisco (*) distinguitur, ita tamen, ut genera, ad quæ pertinent, adjuncta sint. Vexatissima, quæ nos torserunt, loca habentur in Tab. XCVI & XCVII. neque enim alibi major in exprimendis notis characteristicis commissa est negligentia.

Quod ad denominationes aut colorum descriptiones attinet, quæ in ista tabularum recensione exhibentur: (hanc vero oportet nequaquam confundere cum Indice totius operis generali, de quo post dicemus) illud adhuc ratione Insectorum superest notandum, eas ut plurimum, evitandæ prolixitatis ergo, desumptas esse ex dominante alarum anticarum aut extimarum colore, alibi tamen etiam ex colore alarum, quæ volatui inserviunt. Eorum præterea, quæ certo sub nomine jam nota erant, sola adjecta sunt nomina absque ulteriore descriptione.

Tandem ne quid desideraretur, quod vel perficere vel exornare splendidum hoc vastumque Naturæ Theatrum posset, editores quoque Indicem generalem in totos quatuor hujus operis Tomos, a Viro peritissimo, labore immenso, confectum, adjecerunt. Nimirum postquam duo priores Tomi in publicum prodierant, sæpius querelæ motæ sunt, quod, in tanta rerum & multitudine & diversitate exhibenda, nulla cujusvis demum ordinis methodici sit habita ratio, animadversumque simul Indicis accurati adminiculo defectum hunc suppleri posse. Quocirca cum & duo posteriores Tomi jam nunc lucem videant, rerum, quæ heic tractantur, multitudo tantopere aucta magis etiam Indicis hujusmodi necessitatem urget. Quantus in quatuor istis Tomis tabularum chartæ maximæ impressarum thesaurus, & quanto major iconum in singulas tabulas congestarum, quibus stupendus rerum diversissimarum numerus exhibetur! Quantæ divitiæ! Sed quas difficulter quis in usus suos convertat, nisi filum possessori præbeatur, cujus ductum in hoc veluti Labyrintho elegantiarum naturalium sequatur. Ubinam quæras, ubi invenias, quod desideres, in tanto tamque indigesto cumulo rerum ex quatuor mundi partibus collectarum, nisi Synopsis præsto sit, quam consulas, singularum loca indicans? Talem itaque Indicem, qui tantæ necessitatis est, ad calcem hujus operis visum est apponere, in quo nihil esset prætermissum, quod vel ad accurationem vel ad usum requiri posset. Ne vero simplex sterilisque nomenclator tædium crearet, passim ipsæ rerum descriptiones utcunque in compendium redactæ, vel potius nonnullæ annotationes eorum, quæ res singulæ trium naturæ regnorum sibi propria habent, interspersæ sunt, præsertim sicubi de talibus agitur, in quibus particulares quædam notæ sese offerunt. Nihilominus nemo non videt, necessariam indicis brevitatem non nisi leves admisisse adumbrationes. Etenim quidquid memorabile in universo opere occurrebat, sub cujusque rei titulo indicandum quidem erat, neque tamen ipse operis textus ad verbum repetendus. Atque hoc palmarium est, quod in isto Indice concinnando curavimus. Quotiescunque res aliqua plures accepit denominationes, omnium & singularum mentio quidem facta est, sed tamen lectorem ad nomen primarium relegavimus, ne repetitionibus nausea moveretur. Eam quoque ob causam varietates unius ejusdemque speciei sæpiuscule ad unum titulum relatæ sunt. Litera T. I. II. &c. notat I vel II Tomum: lit. p. paginam: lit. *T.* tabulam lit. f. figuram.

In tabulis trium posteriorum Tomorum icones non adeo voce *Fig.* 1, 2, &c. sed N. 1, 2, &c. designatæ sunt. In indice tamen habita symmetriæ ratione, communiter litt. f. ad icones citandas usi sumus: neque est, cur inde quis in errorem aut dubium inducatur. Quoties vero literis numerisque Arabicis notatæ in tabulis occurrunt icones (occurrunt autem rarius,) id operam dedimus, ut in indice utræque notæ adhiberentur, neque adeo insoliti quid lectorem impediret.

En, Lector benevole! quæ, priusquam Opus ipsum aggrediaris, Te monere necessum duximus. Quodsi & eorum, quæ ad D. Auctoris vitam, mores, studia laboresque indefessos, animum denique, ad molienda ardua, fortem ac constantem, pertinent, notitia Te delectat, voto satisfacere Tuo poterit, quam subjungimus, historia ex *Actis Academiæ Imperialis Naturæ Curiosorum* deprompta.

(s) Edit. decima reformata. Holm. 1758.

PRÉFACE

PRÉFACE.



OICI enfin le quatrième & dernier Tome de l'immense Cabinet d'Histoire naturelle de Mr. Seba. *Lecteur, si vous nous reprochez d'avoir rempli un peu tard notre promesse, vous nous pardonnerez aussi ce délai en faveur des richesses incomparables que nous vous offrons.*

Si les trois précédens Volumes de cet Ouvrage ont mérité l'admiration des étrangers & de nos compatriotes, par le nombre, la variété, la magnificence & la rareté des morceaux qu'on y a rassemblés & exposés à leur contemplation; nous pouvons assurer avec confiance qu'ils seront ravis d'étonnement à la vue de la nouvelle collection que nous leur donnons aujourd'hui. Il n'en a point encore paru d'aussi considérable, & la richesse en est presque incompréhensible.

Après avoir dépeint & décrit dans les Tomes précédens le plus grand nombre & les plus curieux de ces corps organisés & sensibles qui remplissent les deux grands Regnes de la Nature à qui l'on donne le nom de Végétal & d'Animal, terminons ce dernier Regne par les animalcules que l'on appelle ordinairement animaux privés de sang, ou pour parler plus exactement, animaux sans os. Que de merveilles s'offriroient à nos regards, si nous voulions examiner en détail tout ce que ce genre d'êtres vivans a d'admirable & de terrible! Ici vous voyez les Papillons de jour & de nuit, remarquables par une forme élégante, étaler sur leur robes bigarrées toutes les couleurs de l'arc-en-ciel. La c'est ce Ver plus utile que beau, qui file avec adresse une soye précieuse. Qui n'admirera la pourpre éclatante que donne la Cochenille; l'industrie de l'Abeille, qui du suc des moindres fleurs compose de la cire & un miel délicieux? Et que n'aurions nous point à dire des Gallinsectes & de cette foule innombrable d'animaux à peine sensibles, dont l'homme tire tant d'avantages pour fournir à ses besoins & à ses plaisirs? Combien de fois encore ces petits escadrons d'Insectes ne deviennent-ils pas les ministres de la Divinité pour châtier les hommes coupables? Un seul escadron, dit le savant Sultzer (a), *reçoit les ordres de Dieu & les exécute, soit pour récompenser, ou pour punir. Si l'Eternel a résolu d'affliger le genre humain, une seule famille de ces petits satellites se multiplie jusqu'à la prodigieuse quantité des grains de sable pour exécuter ses jugemens terribles. Veut-il la famine, la campagne est couverte de Chenilles qui ravagent tout, & la famine succede* (b). *Le Scarabé du froment ronge* (c), *malgré toutes nos précautions, les grains que nous avions amassés pour notre propre subsistance. Quels dégats ne font point les Sauterelles dans d'autres pays, où leur dent cruelle détruit tout ce qui se présente à leur voracité* (d)?

Cette légere idée des biens & des maux que nous font les Insectes les plus vils en apparence, suffit pour faire voir qu'il n'est pas inutile de les connoître.

Pour completter ce grand & magnifique Ouvrage nous faisons succéder au Regne Animal, des productions d'une autre espéce, que l'Auteur & le souverain Arbitre du monde a caché dans les entrailles de la terre, & qui composent le Regne Minéral. Ici de nouveaux objets s'offrent à notre admiration, toûjours avec une profusion également riche & variée. Ce sont des mines d'or, d'argent, de cuivre, d'étain, de plomb, de fer, des demi-métaux &c. que l'art a tâché de rendre au naturel, & dans l'état où on les trouve au sein de la terre, dans les différentes parties du globe, qui les produisent. Quel agent, quel esprit générateur opere secrétement entre les diverses couches terrestres, & y forme cette foule de métaux, & cette prodigieuse variété de pierres communes & précieuses, que l'industrie humaine en arrache? Qui a jamais expliqué d'une maniére satisfaisante l'origine de ces corps, & leurs vertus naturelles? Les génies les plus pénétrants y ont échoué. Quelle étonnante diversité de principes, de formes, de couleurs! L'œil qui les contemple n'en est pas seulement étonné; il en est encore ébloui.

Nous terminons ce riche trésor de curiosites naturelles, par les Petrifications, ces restes mémorables, ces témoins irrécusables du Déluge universel qui suffit à peine à laver les crimes des hommes & à éteindre la juste colere du Dieu qu'ils avoient outragé. Quel dut être le bouleversement qu'éprouva notre globe par cette terrible catastrophe, & qui peut y penser sans frémir, lorsqu'il voit arracher du sein des montagnes au centre de l'Europe, des corps que l'Asie a vu naître?

Après avoir mis la derniére main à cet Ouvrage, & donné un précis de ce qu'il contient, il ne reste plus qu'à dire un mot de son but & de sa destinée.

On

(a) *Sultzer* Kennzeichen der Insecten, nach Anleitung C. Linnæus. Zurich. 1761. 4to.

(b) *Linnæi* Fauna Suecica.

(c) Curculio frumentarius. Lin. syst. nat. sp. 11.

(d) *Rathlef* Verhandeling der Sprinkhanen. Amst. 1750. 8vo.

On a vu dans la préface du troisiéme Tome que l'Auteur infatigable avoit fait graver d'après nature tout ce qui devoit entrer dans le dernier volume, & l'avoit rangé à peu près dans l'ordre usité de son temps (Seba mourut l'année 1736). Ainsi quoiqu'il y eût suivi un arrangement plus méthodique que dans les Volumes précédents, il s'en falloit bien encore qu'il eût atteint la perfection que l'on a mise aujourd'hui dans l'histoire naturelle à cet égard. Il nous a fallu suivre malgré nous l'ordre des planches gravées; nous n'aurions pu faire autrement, sans des innovations & des dérangemens considérables.

Mais, ce qui est bien plus digne de nos regrets, c'est la perte de cette immense & magnifique Collection d'Insectes, qui peut-être n'aura jamais d'égale, même dans les plus riches Cabinets des Princes de l'Europe. Tel est le sort ordinaire de ces trésors naturels amassés à grands fraix par des curieux, quand à leur mort leurs héritiers peu d'accord entre eux, prétendent interpreter diversement leur derniére volonté. Lorsqu'en 1752. on vendit publiquement à Amsterdam le Cabinet du Défunt, on vit à l'inspection du catalogue que toute cette partie manquoit.

Nous avons du en qualité de commentateurs, faire mention de cette perte irréparable, d'abord pour rendre justice au travail, & aux soins infinis de Mr. Seba, & ensuite pour excuser les fautes qu'on pourroit remarquer dans cet Ouvrage. Car il est arrivé delà qu'en revoyant les planches gravées on n'a pu corriger les fautes que les graveurs ont surement faites en représentant infidellement les antennes & l'extrémité des pieds de plusieurs Insectes des plus rares. On sait jusqu'où va quelquefois la négligence des peintres & des dessinateurs sur ce point. Les petits détails leur paroissent trop minutieux, & c'est pourtant là que l'artiste devroit redoubler d'attention.

Il faut avouer encore qu'il s'est glissé des méprises sensibles à l'égard de quelques Chenilles & de leur métamorphose en Chrysalides d'où sortent des Papillons de jour ou de nuit (e). *Il n'est pas étonnant que notre Auteur ait été lui-même trompé par des fausses relations. Combien de fois arrivé-t-il que des amis que l'on consulte, ou les étrangers qui apportent ces curiosités naturelles des pays éloignés, n'en connoissant pas eux-mêmes la nature ni l'espéce, & obligés par conséquent à s'en rapporter au témoignage de gens ignorans & grossiers, assurent témérairement & comme au hazard que tel Papillon vient de telle Nymphe, & que telle Nymphe appartient à telle Chenille! L'erreur étant un appanage de l'humanité, combien doit-elle être ordinaire à des hommes non-lettres daus le vaste champ de la Nature! Cependant le dernier défaut dont nous venons de parler peut être aisément rectifié aujourd'hui que l'on a fait de si grands progrès dans la science de l'Histoire naturelle. Mr. de* Reaumur, *cet habile & infatigable Observateur de la Nature nous a appris* (f) *que les Nymphes dont la forme extérieure représente un enfant en maillots, donnent constamment des Phalenes* (g)*; & qu'au contraire les Nymphes des Papillons de jour sont toujours ornées de tubercules plus ou moins saillans* (h). *Nous savons de plus que toutes les Chenilles dont l'extrémité postérieure du corps est chargée d'un aiguillon* (i), *se transforment en cette espéce de Phalenes que l'on nomme Inquiétes* (k)*; que de plus il y a encore une seule Chenille sans aiguillon qui donne aussi une Phalene Inquiéte; qu'enfin la Phaléne du Ver à soie doit être rangée parmi les Inquiétes, sa Chenille portant un aiguillon. Avec la connoissance de cette loi que la Nature semble s'être prescrite & qu'elle suit assez généralement, on peut éviter aisément toutes sortes de méprises en ce genre.*

Quelques Naturalistes désireroient peut-être qu'on eût donné une description plus circonstanciée des objets qu'offre ce dernier Tome: à quoi on peut faire plusieurs réponses. D'abord qu'ils se souviennent que Mr. Seba leur dit autrefois en commençant son Ouvrage, qu'il n'avoit pas dessein de donner une histoire naturelle, mais d'exposer seulement aux yeux du public les richesses que contenoit son Cabinet, avec une simple notice de chaque morceau. Ces notices propres à faire admirer la grandeur des œuvres de la Nature, doivent-être à la portée de tout le monde, & pour y être combien ne doivent-elles pas s'éloigner des méthodes scientifiques aujourd'hui en usage parmi les Auteurs systématiques qui dans la description des êtres naturels ont souvent moins égard à ce qui est plus propre à fixer l'attention du commun des hommes, qu'à certaines marques caractéristiques qu'ils ont adoptées pour en faire la base de leurs méthodes? Le savant Artedi *qui a décrit les Poissons contenues dans le volume précédent, s'y est conformé au but général de l'Ouvrage.*

On doit considérer ensuite que la matiére de ce dernier Tome differe beaucoup de celle des autres. Ce sont ici des Insectes la plupart étrangers, presque infinis en nombre, dont nous connoissons très peu de chose, en comparaison de ce que nous savons des autres animaux. L'Insectologie de notre Auteur, beaucoup plus vaste quil y en ait jamais eu, contient des espéces qui n'ont jamais

(e) Vid. Tab. IX. XI. XX. XLVI. alibig.

(f) *Reaumur* vol. 1. p. 455—486. Tab. XXVIII. fig. 6.

(g) Tab. XII. fig. 28. Tab. XV. fig. 4. Tab. XXII. fig. 4. Tab. XXVI. fig. 6, 10, 14, &c.

(h) Tab. I. Tab. II. fig. 2. &c.

(i) Tab. XI. fig. 3, 10, 15. Tab. LIII. Num. 4, 7, 10, 12, 16, 19. Tab. LV & LVI. &c.

(k) Tab. LIII. Num. 6, 9, 11, 14, 17, 21 & 22. Tab. LIII—LVI. &c.

jamais été décrites ni représentées, qui même n'avoient jamais été vues auparavant, mais qui se sont trouvées perdues avant que nous eussions le loisir de les examiner, & que par conséquent nous n'avons pû connoître que d'après des figures trop souvent infidèles.

Qu'on me permette encore de faire ici une question & d'y joindre la réponse. Comment ces productions étrangères nous parviennent-elles de si loin? Nous les reçevons communément sans aucune description, sur laquelle au moins l'on puisse compter; ou bien nous les achetons dans des ventes publiques, souvent sans savoir le lieu de leur naissance. Si le Lecteur équitable veut bien peser tous ces inconvéniens, nous espérons qu'il aimera mieux une notice simple & concise faite d'après les gravures que Mr. Seba nous a laissées, que des descriptions prolixes, compilées de côté & d'autre, ou fabriquées sur des relations trompeuses.

Jusqu'ici nous n'avons point eu d'autre ouvrage sur les Insectes étrangers que celui de Mlle. Mérian (l). Catesby (m), Edwards (n), & Rösel (o) *en ont bien inserés quelques-uns dans leurs Ouvrages, mais il n'en ont point donné les métamorphoses. Il faut espérer que l'Asie, l'Afrique & l'Amérique produiront enfin des Observateurs également habiles & dignes de foi, qui étudieront ces petits animaux merveilleux dans leur pays natal, & nous en feront connoître le caractère, les mœurs & l'économie. Ils ne manqueront ni de modèles, ni d'admirateurs, ni de protecteurs en Europe.*

A la premiére vue de cet Ouvrage, sur-tout si l'on n'est pas en garde contre l'illusion des planches non colorées, on croira trouver plusieurs répétitions du même Insecte. Je ne puis disconvenir qu'il n'y ait quelques doubles; mais comme on a eu soin d'en avertir dans son lieu, l'équité du Lecteur nous fait compter sur son indulgence.

Plusieurs causes ont pu concourir à affoiblir l'éclat des couleurs dont quelques-uns de ces animaux, les Papillons *sur-tout, sont ornés; c'est pourquoi il est à propos d'en faire ici mention.*

Outre les variations que la Nature multiplie avec une riche profusion, l'action des rayons solaires, le plus ou moins de mouvement que ces Insectes ailés se donnent en volant à l'air libre, peuvent produire des variations accidentelles. Les petites plumes invisibles dont leurs ailes sont couvertes, aussi élégamment peintes que celles des oiseaux, se froissent & se brisent par un vol rapide & prolongé; comme les nuances en sont très délicates, la trop grande ardeur du soleil peut les altérer. Les Coléopteres (p) *même éprouvent cette altération dans les couleurs de leurs fourreaux, lorsqu'ils restent long-temps dans les sables brûlans. Il me semble très vraisemblable que la varieté de couleur, qui fait des Cerfs-volans* (q) *& des Meuniers des Dunes* (r) *deux espéces différentes, a aussi la même origine.*

Comme d'ailleurs la forme extérieure des Insectes est assez sensible par la seule figure qu'on en donne, & qu'au contraire le prix excessif des exemplaires enluminés, en rend l'acquisition difficile, nous nous sommes appliqués particuliérement à en décrire les couleurs avec tout le soin possible, afin que la lettre suppléat au burin.

Quant aux Mines des métaux, & aux autres Fossiles, on n'oseroit assurer que la gravure ait rendu avec précision leur figure irreguliére dans tous les points, c'est-à-dire avec tous ses aspects différens. Les connoisseurs savent combien il est difficile, pour ne pas dire impossible, d'imiter la Nature dans la multitude presque infinie de formes qu'elle prend dans ce genre de productions. La peine qu'on s'est donnée pour y réussir n'a pourtant pas été inutile, & les figures sont très ressemblantes aux originaux, lorsque pour les rendre avec plus de perfection la gravure emprunte le secours de la peinture. Les amateurs trouveront ici un riche trésor de mines étrangeres, très rares, d'Or, d'Argent, de Cuivre, d'Etain, de Plomb, de Fer, &c. tant de l'Asie que de l'Afrique & de l'Amérique. Mais nous avons regretté en travaillant à la publication de ces richesses, qu'il en fût resté si peu; nous voyant obligés d'en donner les descriptions à peu près telles, que nous les avons trouvées sans pouvoir les comparer aux originaux. Les Mines d'Europe, & les Pétrifications remplissent aussi une place distinguée dans cette vaste collection. Leur immense variété de formes & de couleurs pourroit fournir à de longues dissertations, si c'étoit ici le lieu de nous étendre sur cette matiére. Il suffira de dire que la multitude incroyable de curiosités qui précedent, n'ont laissé que peu de place pour ce genre de fossiles à qui la Nature donne constamment une forme réguliere, & qu'elle a tellement multipliés que les Spars seuls auroient pu nous fournir des variétés innombrables.

La

(l) *M. S. Merian* Surinaamsche Insecten. Amst. 1719. & 1730. fol.

(m) *M. Catesby* natural History of Carolina, &c. Lond. 1731. & 42. 2 vol. Folio.

(n) *G. Edwards* natural History of Birds. Lond. 1743. & Gleanings &c. 6. vol. 4to.

(o) *A. J. Rösel* Insecten Belustigung. Norimb. 1746. &c. 4 vol. 4to. cum suppl.

(p) Coleoptera *Linn.*

(q) Tab. LXXXVII. fig. 23. 24. Tab. LXXXVIII. fig. 12. Tab. LXXXIX. fig. 7.

(r) Tab. LXXXVIII. fig. 11. Tab. LXXXIX. fig. 16. ad 21.

La classe des Insectes formant la partie la plus ample & la plus considérable de ce quatriéme Volume, nous n'avons rien négligé pour donner à ce trésor tout le degré d'utilité dont il étoit susceptible: nous avons voulu mettre aux mains des Lecteurs les moins versés dans l'Histoire naturelle, un fil qui pût les conduire surement dans cette espéce de labyrinthe. C'est pourquoi dans la Table particuliére des Planches qui suit cette Préface nous avons non seulement indiqué le N°. du genre auxquel chaque Insectes doit être rapporté dans le Systéme de Mr. de Linné (s); *mais nous avons de plus désigné par leurs N°. & leur noms propres toutes les espéces qui se trouvent dans l'Ouvrage de ce savant Suédois: celles qui nous ont paru douteuses sont marquées du signe interrogatif* (?). *Mais il y en a un bien plus grand nombre dont le Systéme Linnéen ne semble faire aucune mention; nous avons désigné ces espéces nouvelles par une étoile* (*). *Les Planches XCVI & XCVII. sont celles qui nous ont donné le plus de peine, les marques caractéristiques des Insectes qu'elles contiennent y ayant été plus inexactement exprimées que sur les autres.*

Pour ce qui est de la description des couleurs, employée dans cette même table particuliére, qu'il ne faut pas confondre avec la Table générale de tout l'Ouvrage dont on va parler dans le moment, il faut observer qu'elle est prise surtout de la couleur des ailes antérieures ou supérieures, & quelquefois aussi de la couleur des ailes dont l'animal se sert pour voler. Du reste quand les Insectes sont connus sous un nom propre, nous nous contentons de les nommer sans entrer dans aucune description.

Enfin pour ne laisser rien à desirer de ce qui pouvoit contribuer à la perfection de ce grand & magnifique Ouvrage, les Editeurs y ont ajouté une Table générale des matiéres contenues dans les quatre Volumes, faite par une habile auteur avec des soins infinis & des peines immenses.

Lorsque les deux premiers Tomes parurent on se plaignit que l'Auteur n'eût pas mis plus de méthode dans la foule immense d'objets qu'il présentoit au public; on souhaitat en même temps qu'une Table générale réparât ce défaut. Cette Table est devenue bien plus nécessaire aujourdh'ui que l'Ouvrage a acquis deux nouveaux Tomes où les objets sont beaucoup plus multipliés que dans les précédens. Quelle quantité de Planches dans ces quatre grands volumes! Quelle prodigieuse quantité de figures sur chaque Planche! Quel trésor! Que de richesses! Mais ici l'abondance devient incommode. On risque de s'égarer dans ce labyrinthe de curiosités naturelles, sans un fil que l'on puisse suivre en assurance. Où trouver ce que l'on desire, parmi tant de varietés recueillies des quatre parties du monde, sans une table méthodique qui indique chaque chose en particulier, avec l'endroit où elle se trouve? La necessité de cette Table a fait redoubler de soins & de travail pour la rendre également exacte & commode. De peur qu'elle ne dégénérât en une nomenclature seche & fastidieuse, on y a semé çà & là de petites notes qui contiennent, très en abrégé, ce que chaque Etre des trois regnes a de plus particulier. On sent combien ces espéces de notices sont & doivent être concises pour ne pas excéder les bornes d'une Table. Car il falloit rassembler tout ce que l'ouvrage renferme de plus important, sans répéter l'ouvrage même, & indiquer chaque chose sous le nom qui lui est le plus propre: c'est ce qu'on a tâché de faire. Toutes les fois qu'une chose porte plusieurs noms, nous les indiquons tous, mais nous renvoyons au nom principal pour éviter les répétitions. La même raison de briéveté nous a fait rassembler quelquefois sous le même titre les variations d'une même espéce, sans les indiquer chacune en particulier.

La Lettre T. *suivie des Chiffres Romains I. II. III. & IV. désigne les Tomes I. II. III. & IV; la lettre p. la page; Pl. la Planche, & f. la figure.*

Dans les Planches des trois derniers Tomes, les Figures ne sont point marquées Fig. 1. 2. *&c. comme dans le Tome premier, mais N°.* 1. 2. *&c. La loi d'uniformité nous les a fait citer par tout de la même maniere, savoir par Fig.* 1. 2. *&c. Il suffit d'en avertir ici le Lecteur, pour prévenir toute méprise. Mais lorsque, sur un petit nombre de Planches, les Figures sont affectées de lettres & de chiffres Arabes, nous avons eu soin de mettre les unes & les autres dans la Table pour la plus grande commodité du Lecteur. Voilà, cher Lecteur, sur quoi nous avons cru devoir vous prévenir, avant que vous entrepreniez la lecture de cet Ouvrage.*

(s) Edit. decima reformata. Holm. 1758.

INDEX
RERUM NATURALIUM
Quarto hujus Operis Volumine
CONTENTARUM.

Aſteriſco (*) ſpecies in Ill. Linnæi Syſtemate Naturæ deficientes denotavimus, ad ſua genera tamen omnes relatas.

TABULA PRIMA.
Papiliones Inquilini.

Litt. A. 1—3. Papilio Pavonius major, unaque Larva & Chryſalis ejusdem; Linnæo, in *Syſtematis Naturæ*, Editione decima, inter Papiliones Nymphales gemmatos, *Jo* dictus. *gen.* 203. ſp. 88.
—— B. 1—3. Papilio Pavonius minor; præcedenti mole inferior varietas, cum metamorphoſi.
—— C. 1—3. Aurelia minor dictus Papilio, cum ſua metamorphoſi atque Ichneumonum minuta ſpecie, qui interdum, loco Papilionis, ex Pupa prorumpunt. P. Nymph. phaleratus *Urticæ* Lin. ſp. 114.
—— D. 1—4. Papilio cifra notatus, ab utroque latere conſpiciendus, ſimulque metamorphoſis ejusdem. P. Nymph. phal. *Atalanta* Lin. ſp. 119.
—— E. 1—4. Papilio Carduelis dictus, ejusque mutationes. P. Nymph. gem. *Cardui.* Lin. ſp. 107.
—— F. 1—3. Aurelia major & ejusdem metamorphoſis. P. Nymph. phaler. *Polychloros* Lin. ſp. 113.
—— G. 1—3. Aurelia laciniata, ejusque transmutationes. P. Nymph. phaler. *C. Album* Lin. ſp. 115.
—— G. 4 & 5. Præcedentis Pupula alia, quæ Ichneumones ad n. 5. delineatos edidit.
—— H. 1—4. Papilio margaritaceus ſ. Dunorum dictus & varii ejusdem ſtatus. P. Nymph. phaler. *Lathonia* Lin. ſp. 141.

TABULA II.
Papiliones Inquilini.

Litt. A. 1—4. Papilio pſeudo-petroſelinoides, rarior, ab utroque latere ſpectandus, ſimulque ejusdem metamorphoſis. P. Danaus candidus *Daplidice* Lin. *gen.* 203. ſp. 62.
—— B. 1—4. Papilio Albellus vulgaris, Belgis *Droefaart* quoque dictus, cum metamorphoſi. P. Dan. cand. *Napi* Lin. ſp. 60.
—— C. 1—4. Argus nigricans ſive fuſcus. P. Nymph. gem. *Ægeria* Lin. ſp. 98.
—— D. 1—4. Papilionis petroſelinoidis alia ſpecies. P. Dan. cand. *Cardamines.* Lin. ſp. 63.
—— E. 1—4. Papilio holoſericeus, fuſcus. P. Nymph. gem. *Semele* Lin. ſp. 101.
—— F. 1—4. Papilio butyraceus, alarum primorum apicibus nigris. P. Dan. cand. *Braſſicæ* Lin. ſp. 58.
—— F. 5. Sphex nigra atque, ut videtur, diptera.

TABULA III.
Papiliones Inquilini.

Litt. A. 1—4. Papiliunculus *Pallium variegatum* dictus, utraque ſuperficie exhibitus, ejusque mutationes. P. Nymph. phal. *Maturna* Lin. *gen.* 203. *ſp.* 136.
—— B. 1—4. Papilio pſeudo-margaritaceus. P. Nymph. phal. *Lucina* Lin. ſp. 135.
—— C. 1—4. Alia adhuc Papilionis petroſelinoidis varietas, maſcula. P. Dan. cand. *Cardamines* Lin. ſp. 63.
—— C. 5. Idem Papilio, alis ſurrectis quieſcens.
—— D. 1—3. Phalæna fulva. Phal. Noctua *quadra* Lin. *gen.* 205. ſp. 84.
—— E. 1—4. Papilio Argus vulgaris. P. Nymph. gem. *Maera* Lin. *gen.* 203. *ſp.* 96.
—— F. 1—4. Papilio Belgis *Koeyvinkje* dictus. P. Dan. feſtivus *Hyperanthus.* Lin. ſp. 85. Verum ad Nymphales gemmatos potius pertinet, quorſum & ab *Ill.* Linnæo in Faunæ ſuecicæ poſteriore Editione relegatus fuit.
—— G. 1—4. Papilio citrinus. P. Dan. cand. *Rhamni* Lin. ſp. 73.
—— H. 1—4. Albellus nigro venoſus. P. Dan. cand. *Cratægi.* Lin. ſp. 57.

TABLE
DES CURIOSITÉS NATURELLES
CONTENUES
Dans le quatriéme Volume de cet Ouvrage.

L'on a marqué d'une étoile(*) toutes les eſpéces, qu'on n'a pas cru trouver dans le denombrement des Inſectes donné par Monſr. de Linné, *dans la dixiéme Edition de ſon Syſtéme de Nature.*

PREMIÉRE PLANCHE.
Papillons de nôtre Pays.

Lett. A. 1—3. *Le grand Papillon Paôn avec ſa Chenille & Chryſalide; Placé dans la dixiéme Edition du* Syſtéme de Nature *de* Linné *parmis les Pap. Nymphes à taches en forme d'yeux, ſous le nom d'*Io. Genr. 204. *eſp.* 88.
—— *B.* 1—3. *Le petit Papillon Paôn, qui n'eſt qu'une varieté de grandeur de l'autre; & toute ſa metamorphoſe.*
—— *C.* 1—4. *Le petit Papillon doré, ſa métamorphoſe, & une eſpéce de petites Mouches ichneumones, qu'on voit ſouvent ſortir de ſes Chryſalides au lieu de Papilion. Appellé parmit les P. Nymphes bigarrés* Urticæ. Lin. *eſp.* 114.
—— *D.* 1—4. *Le Papillon à chifre, repreſenté des deux cotés, & ſa métamorphoſe. P. Nymphe bigarré* Atalanta. Lin. *eſp.* 119.
—— *E.* 1—4. *Le Papillon Chardonneret & ſa métamorphoſe. P. Nymphe à yeux* Cardui *de* Lin. *eſp.* 119.
—— *F.* 1—3. *La grande Aurelie ou, grand Papillon doré, & ſa métamorphoſe. P. Nymphe bigarré* Polychloros *de* Lin. *eſp.* 113.
—— *G.* 1—3. *Aurelie decoupée & ſa métamorphoſe. P. Nymphe bigarré* C. Album *de* Lin. *eſp.* 115.
—— *G.* 4. & 5. *Chryſalide de la precedente eſpece, avec des petites Mouches ichneumones, qui en ſont ſorties.*
—— *H.* 1—4. *Papillon nacré ou Papillon des Dunes & ſes changements. P. Nymphe bigarré* Lathonia *de* Lin. *eſp.* 141.

PLANCHE II.
Papillons de nôtre pays.

Lett. A. 1—4. *Papillon perſillé bâtard; eſpéce rare, repréſentée des deux cotés, avec toute ſa métamorphoſe. P. Danaide femelle* Daplidice *de* Lin. Genr. 203. *eſp.* 62.
—— *B.* 1—4. *Le Papillon blanchot, appellé en hollandois* Droefaart, *& ſa métamorphoſe. P. Danaide femelle* Napi *de* Lin. *eſp.* 60.
—— *C.* 1—4. *L'Argus brun. P. Nymphe à yeux* Aegeria Lin. *eſp.* 98.
—— *D.* 1—4. *Autre eſpéce de Papillon perſillé. P. Danaide femelle* Cardamines *de* Lin. *eſp.* 63.
—— *E.* 1—4. *Papillon velouté brun. P. Nymphe à yeux* Semele *de* Lin. *eſp.* 101.
—— *F.* 1—4. *Papillon butiracé, au pointes des grandes ailes noires. P. Danaide femelle* Braſſicæ *de* Lin. *eſp.* 58.
—— *F.* 5. *Fauſſe Guêpe noire, pourvue, à ce qu'il ſemble, de deux ailes ſeulement.*

PLANCHE III.
Papillons de nôtre pays.

Lett. A. 1—4. *Petit Papillon appellé le* Manteau bigarré, *repreſenté des deux cotés, avec ſa métamorphoſe. P. Nymphe bigarré* Maturna *de* Lin. Genr. 203. *eſp.* 136.
—— *B.* 1—4. *Le faux nacré. P. Nymphe bigarré* Lucina *de* Lin. *eſp.* 135.
—— *C.* 1-4. *Autre varieté de Papillon perſillé, mâle. P. Dan. femelle* Cardamines *de* Lin. *eſp.* 63.
—— *C.* 5. *Le même avec ſes ailes compoſées.*
—— *D.* 1-3. *Phaléne jaune. Phaléne Hibou dite* quadra *de* Lin. Genr. 205. *eſp.* 84.
—— *E.* 1-4. *Papillon dit Argus, vulgaire. P. Nymphe à yeux.* Maera Lin. Genr. 203. *eſp.* 96.
—— *F.* 1-4. *Papillon dit en Hollandois* Koeyvinkje. *P. Danaide mâle* Hyperanthus. Lin. *eſp.* 85. *On feroit mieux de le placer parmis les Papillons Nymphes à taches en forme d'yeux, de* Linnæus.
—— *G.* 1-4. *Papillon couleur de citron. P. Danaide femelle* Rhamni Lin. *eſp.* 73.
—— *H.* 1-4. *Papillon blanchot, veiné de noir. P. Danaide femelle* Cratægi Lin. *eſp.* 57.

TABULA IV.

Papiliones Americani.

Num. 1. & 2. Papilio luteo fuscus, venis nigris, secundum Linnæum (*). P. Nymph. gemmatis adnumerandus *gen.* 203.
—— 3. & 4. Papilio fuscus, Linnæo (*) ad eosdem relegandus.
—— 5. & 6. Papilio alis prioribus unicoloribus fuscis. Lin. (*) ad præcedentes pertinens.
—— 7. & 8. Papiliunculus obsolete fuscus. Lin. (*) ut supra.
—— 9. & 10. Varietas n. 5 & 6. delineati. Lin. (*) ut ante.
—— 11 & 12. Papiliunculus flavo maculatus. Lin. (*) P. Heliconius.
—— 13 & 14. Papilio Bromeliæ fructus colore pictus. Lin. (*) ad eosdem.
—— 15 & 16. Papilio ater, virescente varius. Lin. (*) ad eosdem.
—— 17 & 18. Papilio niger, virescente maculatus, alius. Lin. (*) ad eosdem.
—— 19 & 20. Papilio niger, areis luteis. Lin. (*) ad eosdem.

TABULA V.

Papiliones Indici Orientales.

Num. 1. Papilio elegantissimus, ex Java insula. Lin. (*) P. Nymph. phaleratus *gen.* 203.
—— 2. Papilionis Javanensis pulchra alia species. Lin. (*) P. Eques.
—— 3—5. Papilionis Javanensis tertia species. Lin. (*) ad Equites.
—— 6. Quarta Javanensium Papilionum species. Lin. (*) ad eosdem.
—— 7 & 8. Phalæna perpulchra ex Orientali India. Lin. (*) Ph. Noctua. *gen.* 205.
—— 9 & 10. Papilio Ephebus pulchre cœruleus ex Oriente. P. Plebejus ruricola *Marsyas*. Lin. *gen.* 203. sp. 149.
—— 11 & 12. Papilio Indicus ater, rubro maculosus. Lin. (*) P. Nymph. gemmatus.
—— 13 & 14. Papilio Argus, Chinensis. Lin. (*) ad eosdem.
—— 15 & 16. Papiliunculus Indicus, flavo tinctus. Lin. (*) P. Dan. candidus.

TABULA VI.

Papiliones Americani.

Num. 1 & 2. Papilio maculis flavis & fulvis. Lin. (*) P. Heliconius. *gen.* 203.
—— 3 & 4. Papilio albo maculatus. Lin. (*) P. Dan. festivus.
—— 5 & 6. Papilio perelegans, nigrescens, fascia flava. Lin. (*) P. Heliconius.
—— 7 & 8. Papilio Ephebus quadricaudatus, pulchre cœruleus. Lin. (*) P. Plebej. ruricola.
—— 9 & 10. Papilio flavicans, nigro notatus. Lin. (*) P. Dan. candidus.
—— 11 & 12. Papilio fulvo luteus, albo maculatus. P. Dan. fest. *Chrysippus* Lin. sp. 81.
—— 13 & 14. Papilio virescente albus, apicibus alarum nigris. Lin. (*) P. Dan. candidus.
—— 15 & 16. Papilio castanei coloris, albo maculatus; a n. 11 & 12. diversus. P. Dan. fest. *Plexippus*. Lin. sp. 80.
—— 17 & 18. Papilio dilutius castaneus, albo maculatus, tertius. P. *Chrysippi* varietas, vid. n. 11 & 12.
—— 19 & 20. Papilio castanei coloris, albo maculosus, quartus. P. *Plexippi* varietas; vid. n. 15 & 16.
—— 21 & 22. Papilio ater, fascia maculosa, dilute æruginea. P. Eques achiv. *Nereus* Lin. sp. 38.
—— 23 & 24. Papilio Ephebus albo nigroque varius, quadricaudatus. Lin. (*) P. Pleb. ruricola.
—— 25 & 26. Papilio Ephebus alius, albo nigroque item variegatus & quadricaudatus. Lin. (*) ad eosdem.
Scarabæi aquatici ovula in aquis pariunt, quas ipſi inhabitant; tametſi etiam quandoque ſuis ſeſe alis in aëra efferunt. Ex ovulis vermiformia naſcuntur animalcula, plana, latiuſcula, ſex pedibus acutiſque forcipibus ad os inſtructa, paullatim increſcentia, donec in nympham tandemque in ſcarabæum mutentur. Horumque vermium unius pedes in dorſo poſiti eſſe videntur.

Cimicum aquaticorum ac Tipularum, quæ celeritate incredibili per aquæ ſuperficiem procurrunt, alia ratio eſt. Ova quoque ponunt, ſed ex his ipſum excluditur animalculum haud aliam ſubiens mutationem, niſi quod ulteriore incremento juſtam magnitudinem conſequatur.

Scorpius aquaticus aliter iterum comparatus eſt; ut qui viviparus ſit, cujusque pulli ſolo incremento ad naturalem magnitudinem perveniant.

Papiliunculorum aquaticorum, quos nondum accurate cognitos habemus, œconomia perquam mirabilis eſt. Nonnulli, alis inſtructi rarioris inſtar texti cancellatis, muſcas prope referunt. Ova pariunt, exiguisque in cellulis, fuſci coloris, repoſita gramini aquatico adglutinant; ex his ani-

façon de procréer: la terre ſeule eſt leur élement, & ils y dépoſent leurs œufs dans des creux ſouterrains: de ces œufs ſortent leurs petits, qui croiſſent peu à peu jusqu'à leur grandeur ordinaire ſans ſubir d'autre changement: Les deux derniers reſtent preſque toujours dans le ſein de la terre, & le Grillon-Taupe y fait un grand dégât en rongeant les racines des Plantes; il a des de grandes ailes, dont je doute fort qu'il ſe ſerve jamais.

Le genre des Punaiſes, ſous lequel l'on comprend pareillement celles qui infeſtent les maiſons, contient des eſpéces fort différentes: elles ſont bien toutes ovipares, mais des œufs des unes, ſortent de petits animaux ſemblables à des vers, & pourvus de pieds comme eux: ils prennent la figure de leur eſpéce après avoir mué pluſieurs fois.

Les œufs des autres au contraire produiſent de petits animaux entiérement développés, & qui n'ont beſoin que d'accroiſſement pour devenir parfaits.

Les diverſes eſpéces de Courtilles ou *Staphilini* ſe reproduiſent de la même maniere: ils font leurs œufs dans la terre: ces œufs donnent des vermiſſeaux à ſix pieds, qui par pluſieurs changements de peau deviennent animaux parfaits de leur eſpéce.

Le Scarabé des boulangers eſt ovipare: de ſon œuf ſort le petit ſcarabé tout formé, lequel ne fait que croître, en muant pluſieurs fois, jusqu'à ſa juſte grandeur.

L'Inſecte des Indes nommé *Kakkerlak* fait des œufs, qui donnent la naiſſance à des petits non ailés, mais qui le deviennent dans la ſuite par l'abandon de leur enveloppe.

Quoiqu'il ſe trouve une variété infinie dans les Inſectes, cependant la Nature toute ſage n'a pas tellement varié la maniere dont ils propagent leurs eſpeces particulieres, qu'on ne puiſſe les ranger ſous un petit nombre d'ordres particuliers: ceci paroît ſur tout dans les différents genres de Scarabés; car les Scarabés oblongs, que les Hollandois nomment Boucs, & ceux qui ont une eſpece de grouin ou trompe longue & pointuë, & que les mêmes nomment pour cette raiſon Pourceaux, ainſi que les Scarabés ſauteurs nommés par SWAMMERDAM Scarabés ſauterelles, ſont tous ovipares. La pluspart des Scarabés font leurs œufs ſous terre, d'où l'on voit ſortir des vers tout nuds, mais qui reſſemblent presque en tout à des chenilles, & deviennent enſuite Nymphes: Cependant quelquesuns d'entre les Scarabés, comme les Proſcarabés nommés en Hollandois *Meuniers* ne font leur métamorphoſe ordinaire, que dans l'eſpace d'un an, d'autres la ſubiſſent en moins de tems: Les Boucs ne different qu'en ce qu'ils choiſiſſent le bois des arbres pour y faire leurs œufs, & pour y ſubir leur métamorphoſe accoutumée, & les Pourceaux ou Scarabés à trompe préferent la noiſette, dont le noyau ſert de nourriture à leurs vers, & laiſſe un vuide pour y loger la Nymphe.

Les Scarabés aquatiques font leurs œufs dans leur élément, qui eſt l'eau, quoiqu'ils la quittent quelquefois, pour s'envoler dans les airs: Ces œufs produiſent des animaux plats & larges, qui reſſemblent à des vermiſſeaux, & croiſſent peu à peu, ayant outre leurs ſix pieds, un bec armé de pinces fort aiguës: Ils ſe changent enſuite en Nymphes, qui à leur tour deviennent Scarabés. Un de ces vers ſemble avoir ſes pattes ſur le dos.

Les Punaiſes d'eau, & les Tipules qui courent d'une viteſſe extraordinaire ſur la ſurface des eaux, ſe reproduiſent d'une maniere un peu différente; car on voit ſortir de leurs œufs, leurs petits tout formés, qui parviennent à leur grandeur naturelle ſans ſubir aucun changement.

Le Scorpion aquatique eſt tout différent, car il eſt vivipare, & ſes petits ne font que croître jusqu'à leur parfaite grandeur.

Les Phalenes d'eau, qui ne ſont pas encore fort connues, ont


A.3.
B.3.
C.3.
A.2.
B.2.
C.4.
C.2
A.1.
B.1.
C.1.
D.4.
D.1.
D.3.
D.2.
E.3.
E.1.
E.4.
E.2.
F.3.
G.1.
G.3.
F.2.
G.5.
G.4.
G.2.
F.1.
H.1.
H.4.
H.3.
H.2.

animalcula prodeunt, Ephemeri vermiculis haud abſimilia, quæ porro in vermiformem nympham mutata tandem alatum excludunt inſectum, quod aquas, elementum ſuum primum, deſerit.

Aliarum ſpecierum ad idem genus pertinentium propagandi modus etiam ſingularior eſt. Ex ovulis nati vermiculi, ſenipedes, conſtruunt ſibi domunculas, in quibus degunt inque nympham transformantur. Nonnulli quidem domunculas aut tubulos ſuos ex ſabulo conficiunt; alii lenticulas paluſtres, fragmenta junci aut lignorum inter ſe conglutinata adhibent. Reperi, quibus minutæ cochleolæ foſſarum, aut terreſtres, quin & conchulæ bivalves pro tegmine erant.

Inter aptera animalcula Araneus oviparus eſt.

De Scorpio dubitatur: ſunt qui oviparum dicunt; at experimento *Redii* conſtat viviparum eſſe.

Millepedæ ova pariunt, unde pulli prognaſcuntur.

Aſellus viviparus eſt ac tempore hyemali in globum ſe convolvit.

Formicæ oviparæ ſunt, ſuaque ſubter terram œconomia in admirationem rapiunt.

Pulex & Pediculus itidem ova gignunt: prior tamen ex ovulo ſuo prodit forma vermiculi, qui in nymphulam mutatus tandem Pulex fit.

Poſtremo etiam Lumbrici terreſtres ovipari ſunt, ſuisque ex ovulis, absque intermedia metamorphoſi, recte conformati prodeunt.

Sic tandem, exhibito conſpectu generali diverſæ œconomiæ multipliciumque transformationum inſectorum, ad ſingulorum contemplationem accedemus.

TABULA PRIMA.

UT manifeſtum fiat, Muſeum Sebanum haud minus indigenis, quam exoticis inſectis pollere, præmittuntur quidam Papiliones diurni, ſuis cum antennis præpilatis. Qui tamen cum ab Auctoribus non paucis, *Goedartio* aliisque abunde jam deſcripti ſint, aliquot vulgatisſimas tantum ſpecies ſuis diſtinctas nominibus hoc loco proponemus.

Lit. A. num. 1. 2. 3. exhibetur Papilio Oculus pavoninus major dictus, ejusque tum Eruca tum Chryſalis.

Lit. B. num. 1. 2. 3. Oculus pavoninus minor, rarus admodum papilio, neque adhuc, quantum novi, deſcriptus: quare viſum eſt, quædam de eo adjicere.

Eruca ad lit. B. n. 1. minor eſt priore; pili ejus dorſales breviores, numero plures, denſius ſtipati ſunt. Dorſum flavicat; a latere ſecundum corporis longitudinem nigra decurrit linea, quam alia flaveſcens excipit. Prona corporis pars nigricat. Multum igitur a priore diſcrepat, cujus omne dorſum nigreſcit punctis cœruleſcentibus diſtinctum, prona vero pars albeſcit.

Chryſalis eius vix differt, nec niſi paulo magis aureo colore nitet.

Papilio ipſe minor duntaxat eſt, ceterum ſimiliter pictus. Margines tamen alarum, præcipue inferiorum paulo minus cuſpidati ſunt, quam in priore. Locus natalis Germania eſt. Poſtquam hoc ſcripſeram, conſimiles magnitudinum differentiæ in aliis etiam papilionum ſpeciebus obſervatæ ſunt. Quocirca videri poſſet, parvitatem illam aut luſui aut defectui naturæ duntaxat deberi. Ceterum ani-

ont quelque choſe d'admirable dans leur économie. Il y en a qui ont des ailes fines comme une gaze, & reſſemblent beaucoup à des mouches: elles plaçent leurs œufs dans de petites cellules brunes, qu'elles attachent au Glayeul; de ces œuf naiſſent de petits animaux, qui reſſemblent fort au vers de la Mouche éphémère; ils ſe transforment enſuite en Nymphes de la figure d'un ver, d'ou ſort un animal ailé, qui abandonne auſſitôt ſon premièr élément.

D'autres eſpeces de ce même genre ont encore quelque choſe de plus ſingulier. De petits vermiſſeaux à ſix pieds au ſortir de leurs œufs vont ſe bâtir des petites maiſonnettes, pour y démeurer, & s'y métamorphoſer en Nymphes: les uns conſtruiſent leurs loges ou demeures de ſable, d'autres employent des lentilles d'eaux qu'ils collent enſemble, ou de petits morceaux de jonc ou de bois: J'en ai trouvé même, qui avoient couvert leurs cellules de coquilles de foſſé, buccins, & coquilles bivalves.

Entre les animaux apteres ou privés d'ailes l'Araignée eſt ovipare.

La generation du Scorpion eſt douteuſe; quelques auteurs diſent qu'il eſt ovipare, mais il eſt de fait, ſuivant les expériences de *Redi*, qu'il eſt vivipare.

Les Scolopendres ſont ovipares, & leurs petits ſortent tout formés de leurs œufs.

La Cloporte eſt vivipare; elle ſe ramaſſe l'hyver en boulet tout rond.

Les Fourmis ſont ovipares, & leur économie ſouterraine a quelque choſe de fort curieux.

La Puce & les Pous ſont pareillement ovipares; mais la premiere ſort de l'œuf en forme de ver, & ſe change en Nymphe, qui devient enſuite Puce.

Enfin les Vers de terre ſont des animaux ovipares: les petits ſortent de l'œuf tout faits, & ne ſubiſſent plus aucun changement.

Après avoir ainſi donné une idée générale des divers états des animaux de cette Claſſe, ainſi que de leurs Métamorphoſes, nous allons en contempler les individus.

PREMIER PLANCHE.

Pour faire connoître en quelque façon que le Cabinet de *Seba* n'eſt pas moins fourni d'Inſectes d'ici, que de ceux des pays étrangers, on a placé ici quelques uns de nos Papillons de jour, qui ſe font connoître à leurs antennes en forme de maſſue, & comme ils ont été pour la pluspart ſuffiſament décrits par divers Auteurs, tels que *Goedart* & d'autres, nous ne ferons qu'en déſigner quelques eſpeçes des plus communes, par leurs noms.

Lettre A. Num. 1. 2. 3. répreſente le grand Oeil de Paon, de même que ſa Chenille & ſa Nymphe.

Lettre B. Num. 1. 2. 3. eſt le petit Oeil de Paon, Papillon très rare, & dont on n'a encore aucune déſcription, que nous ſachions; ce qui nous engage à en dire quelque choſe.

La Chenille marquée B. Num. 1. eſt plus petite que la précédente, les poils de ſon dos ſont plus courts, plus nombreux, & plus ſerrés: ſon dos eſt de couleur jaune, le long du corps & ſur les côtes regne une raye étroite & noire, ſuivie d'une ſeconde jaunâtre: le deſſous du corps eſt noir, deſorte que cette Chenille differe beaucoup de la précédente, dont tout le deſſus du corps eſt d'un noir marqué de points bleuâtres, & le deſſous eſt blanc.

La Nymphe ne differe que peu de la première, ſi ce n'eſt qu'elle eſt un peu plus dorée.

Le Papillon ne differe du premier qu'en grandeur; il eſt de la même couleur, mais ſes ailes, ſur tout les inférieures en ſont pas ſi pointuës, qu'au premier. Ce Papillon ſe trouve en Allemagne. On a découvert depuis peu, qu'il y a de ces petites varietés parmis pluſieurs autres éſpeces de Papillons; en ſorte que ce n'eſt peutêtre que le defaut de nourriture qui

animadversione dignum est, quod in nonnullis avium speciebus ista varietas etiam tres magnitudinis gradus diversos admittat.

Lit. C. num. 1. 2. 3. 4. Aurelia minor, ejusque eruca & chrysalis.

Ad lit. C. num. 4. minutæ habentur Musculæ, quæ, loco papilionis, sæpe ex chrysalide prodeunt, cum musca mater sua ovula intra erucam deposuit.

Lit. D. num 1. 2. 3. 4. Papilio a characteribus dictus, pronus & supinus, ejusque eruca & chrysalis.

Lit. E. num. 1. 2. 3. 4. Papilio Carduelis, eruca & chrysalis.

Lit. F. num. 1. 2. 3. Aurelia major ejusque larvæ.

Lit. G. num. 1. 2. 3. 4. 5. Aurelia ramosa. Ad num. 4. chrysalis ejus iterum habetur, ex qua minores majoresque Pseudosphecæ num. 5. prodierunt.

Lit. H. num. 1. 2. 3. 4. Papilio dunorum, alias & a matre unionum appellatus, ejusque larvæ.

TABULA SECUNDA.

SUB lit. A. num. 1. 2. 3. 4. conspiciendus offertur papilio a Petroselino dictus, spurius, una cum sua metamorphosi. Eruca num. 1. dorsum habet villis subtilibus brevibusque hirtum. Color gramineus est. Annuli corpus ambeuntes dilutius virent, perque dorsum linea leviter fusca decurrit. Chrysalis num. 2. graminei coloris est. Papilio num. 4. ex rufo albens nigris maculis distinguitur. Prona ejus facies num. 3. itidem ex rufo albens gramineo pigmento superfusa est.

Lit. B. num. 1. 2. 3. 4. Papilio vulgaris candicans, ejusque larvæ.

Lit. C. num. 1. 2. 3. 4. Papilio niger, potius gilvus, oculeus vel Argus dictus.

Lit. D. num. 1. 2. 3. 4. Species altera Papilionis petroselinoidis.

Lit. E. num. 1. 2. 3. 4. Papilio Attalicus spadiceus.

Lit. F. num. 1. 2. 3. 4. Papilio a butyro dictus, alis ex nigro fimbriatis.

Num. 5. Pseudospheca nigricans, duabus alis prædita, ventre albis annulis notato, alis prope corpus flavis, antennis prælongis.

TABULA TERTIA.

LIT. A. num. 1. 2. 3. 4. Papiliunculus conspicitur ex rufo fuscus, nigris lituris interstinctus, alis inferioribus ex luteo & nigro variegatis; Pallium polymitum vocant.

Lit. B. num. 1. 2. 3. 4. Papilio margaritaceus spurius.

Lit. C. num. 1. 2. 3. 4. 5. Alia species Papilionis petroselinoidis. Eruca saturate rubra & nigra est, albis fasciolis distincta. Chrysalis iisdem coloribus nitet. Alarum externarum num. 4. facies superior ad mediam usque partem albicat, deinceps obscure rubet ex nigro maculata. Alæ internæ quoque albicant, sed nigris maculis notatam oram habent. Facies inferior alarum externarum quoque rubore inficitur, excepta orâ; ad exortum vero virent. Alarum internarum ima facies albicans saturi viroris maculis distinguitur. Num. 5. idem papilio alis erectis exhibetur.

Lit. D.

qui les produit. Une chose cependant, qui merite toute nôtre attention, c'est que parmis les oiseaux, surtout aquatiques, il s'en trouve assés constamment de deux, & même de trois differentes grandeurs.

Lettre C. Num. 1. 2. 3. 4. est la petite Aurelie, avec sa Chenille & sa Nymphe.

Lettre C. Num. 4. sont des petites Mouches ichneumones, qu'on voit souvent sortir d'une Nymphe au lieu d'un Papillon, parce que la Guêpe a mis ses œufs dans la Chenille.

Lettre D. Num. 1. 2. 3. 4. répresente le Papillon marqué de caracteres, vu des deux côtés, de même que sa Chenille & sa Nymphe.

Lettre E. Num. 1. 2. 3. 4. est le Papillon du Chardon ou le Chardonneret, sa Chenille & sa Nymphe.

Lettre F. Num. 1. 2. 3. est la grande Aurelie & ses métamorphoses.

Lettre G. Num. 1. 2. 3. 4. 5. fait voir l'Aurelia dentelé. Au n. 4. on voit la Nymphe répresentée une seconde fois, & les grands & petits Ichneumons au n. 5. qui en sont sorties.

Lettre H. Num. 1. 2. 3. 4. répresente le Nacré ou la Princesse & ses métamorphoses.

SECONDE PLANCHE.

A la lettre A. Num. 1. 2. 3. 4. est représenté un Papillon assez rare, nommé le faux Papillon au persil & sa métamorphose. Sa Chenille N. 1. à le dos couvert d'un poil fin & court. Sa couleur est un verd d'herbe, & les anneaux qui entourent son corps sont d'un verd plus clair; le long de son dos regne une raye d'un brun pâle. La Nymphe N. 2. est d'un verd d'herbe. Le Papillon N. 4. est d'un blanc roussâtre tacheté de noir. Le dessous N. 3. en est du même fond peint de verd d'herbe.

Lettre B. Num. 1. 2. 3. 4. répresente le Papillon blanc commun & ses métamorphoses.

Lettre C. Num. 1. 2. 3. 4. L'Argus noir ou plutôt fauve.

Lettre D. Num. 1. 2. 3. 4. Une seconde espece de faux Papillon au persil.

Lettre E. Num. 1. 2. 3. 4. Le Papillon atlas brun.

Lettre F. Num. 1. 2. 3. 4. Le Butyracé à ailes noires & pointuës. N. 5. est une fausse Guêpe noire à deux ailes, qui a le bas du corps entouré d'anneaux blancs: ses ailes sont jaunes vers le corps & ses antennes sont fort longues.

PLANCHE TROISIEME.


Lettre A. Num. 1. 2. 3. 4. est un petit Papillon, dont le fond est d'un roux brun marqué de traits noirs, & ses ailes inférieures sont bigarrées de jaune & de noir; on le nomme la Robe bigarrée.


Lettre B. Num. 1. à 4. est le faux Nacré.


Lettre C. Num. 1. à 5. Est une autre espece de Papillon au persil. La Chenille en est d'un rouge foncé, & noire, à bandes blanches. Sa Nymphe est ornée des mêmes couleurs. Le dessus des premieres ailes n. 4. est blanc jusqu'à la moitié, & devient ensuite d'un rouge foncé tacheté de noir. Les secondes ailes ou ailes inférieures sont pareillement blanches, mais leurs bords sont marqués de taches noires. Le dessous des secondes ailes est blanc & marqué de taches d'un verd obscur. N. 5. répresente le même Papillon sur son séant les ailes élevées.

Lett. D.

TAB. II.


A. 1
A 3
4 A
A. 2
B. 1
B 3
4 B
B. 2
C. 1
C 3
4 C
C. 2
D. 1
D 3
4 D
D. 2
E. 1
E 3
4 E
E. 2
F. 1
F 3
4 F
F. 5
F. 2


A 3
A. 1
A. 2
A 4
B 3
B. 1
B. 2
B 4
C 3
C. 1
C. 2
C 4
C 5
D. 1
D. 2
D 3
E 3
E. 1
E. 2
E 4
F 3
F. 1
F. 2
F 4
G 3
G. 1
G. 2
G 4
H 3
H. 1
H. 2
H 4


N°. 1.
2.
4.
3.
6.
10.
8.
7.
5.
9.
12.
11.
13.
14.
15.
19.
17.
16.
20.
18.

Lit. D. num. 1. 2. 3. Phalæna dilute rufa, alas exteriores binis maculis nigris notata, ejusque larvæ. Id genus facile diſcernitur antennis non præpilatis.
Lit. E. num. 1. 2. 3. 4. Papilio Argus, ex rufo fuſcus, verſicolor, vulgaris.
Lit. F. num. 1. 2. 3. 4. Alius, Belgis *Koeyvinkje* dictus.
Lit. G. num. 1. 2. 3. 4. Papilio citrinus.
Lit. H. num. 1. 2. 3. 4. Papilio albulus, venis nigricantibus.

TABULA QUARTA.

Poſtquam noſtratium id genus animalculorum elegantiora aliquot exempla in medium protulimus, jam ad exotica progrediendum eſt, quæ cum rarius occurrant, ſermone prolixiore deſcribemus. Quæcunque hac tabula exhibentur, Americanæ ſunt originis, ex Surinamenſi ac Berbicenſi colonia.

Num. 1. Papilio fuſcus, venis nigris. Alæ externæ, foris, extremo anteriore, maculas monſtrant albas, minutas, altera duas, altera tres; utraque inſuper maculam nigram, centro albo. Alæ internæ itidem, poſtica parte, duobus ſingulæ annulis nigris, medio albis, notatæ ſunt. Sub num. 2. idem reſupinus oſtendit faciem ſaturius fuſcam, ex griſeo maculatam, lineis duabus transverſim per internas externasque alas ductis. Internæ ſimilibus intus, ac foris, orbiculis nigris, medio albis, conſpicuæ ſunt.

Num. 3. Papilio pallide fuſcus, extremitate alarum externarum aurantii mali colore, binisque maculis cæruleis pictus. Averſa facie ad num. 4. ala quælibet ocello veluti ex albo nigro exornatur. Alæ anteriores poſtica parte leviter cæruleſcunt; poſteriores, qua in ecphyſes elongantur, lineolam albidam gerunt.

Num. 5. 6. Papilio venuſtiſſimus. Alæ externæ, fuſcæ, prope oram linea pallide cæruleſcente diſtinguuntur. Alæ internæ cæruleæ, maculis dilute cæruleſcentibus & fimbria nigra ornantur. Inverſus num. 6. quoque fuſcus eſt, dilute cæruleis lineolis, maculisque minutis verſicolor. Alæ internæ duobus inſuper ocellis nigris, ex cæruleo annulatis, plagaque cærulea prope ventrem renitent.

Num. 7. 8. Dilute fuſcus Papilio quatuor oſtentat lineas nigricantes, quæ per anticas poſticasque alas ductu convergente decurrunt. In utroque etiam pari alarum ſex inſcripti ſunt ocelli, nigri, circulo centroque albis diſtincti. Prona facie color in griſeum inclinat; quatuor lineæ hic ex rufo rubent; ocelli tamen, ut ſupra, nigri albique ſunt.

Num. 9. 10. Alia habetur ſpecies illius, qui num. 5. & 6. notatus eſt. Alæ externæ quoque ejusdem ſunt coloris: at internæ cæruleæ, ex fuſco fimbriatæ, ſingulæ binos monſtrant ocellos dilutius cærulos, centro nigricante diſtinctos. Prona facie color ex griſeo fuſcus regnat; alæ externæ dilute griſea duabusque nigris lituris ſignantur; internæ, media parte, duas inter faſciolas nigricantes convergentes, maculis ſenis nigris notatæ ſunt, ceterumque ex ſpadiceo & dilute griſeo verſicolores lineis nigris, quatuorque ocellis ex albo nigris ornantur.

Num. 11.

Lettre D. Num. 1. 2. 3. répréſente une Phalene d'un roux jaunâtre, ayant deux taches noires ſur ſes premieres ailes; on y voit pareillement ſa métamorphoſe. Ce genre ſe diſtingue aiſément par ſes antennes ſétacées ou qui vont en diminuant.

Lettre E. Num. 1. à 4. L'Argus vulgaire d'un brun roux marqué de différentes taches.

Lettre F. Num. 1. à 4. Un autre nommé 't *Koeivinkje* ou Pinçon de vache par les Hollandois.

Lettre G. Num. 1. à 4. Le Papillon de couleur de citron.

Lettre H. Num. 1. à 4. Le Papillon blanc à veines noires.

PLANCHE QUATRIEME.

Après avoir ainſi répréſenté quelques uns des plus beaux Papillons de notre Pays, nous allons en faire paroître d'autres qui viennent des Pays étrangers, lesſquels comme étant les plus rares demandent une deſcription plus circonſtanciée. Tous ceux qui appartiennent à cette Planche viennent de l'Amerique, de nos Colonies de Suriname & des Berbices.

Num. 1. Répréſente un Papillon brun à veines noires; ſur le deſſus de ſes premieres ailes, & vers leurs extrémités anterieures, l'on voit des petites taches blanches, deux ſur l'une & trois ſur l'autre. On voit de plus ſur chaque aile une tache ronde & noire ayant un point blanc au milieu: ſes ailes intérieures ont au bas pareillement deux anneaux noirs, marqués de blanc au milieu. N. 2. répréſente le même Papillon renverſé, mais ſa couleur eſt d'un brun plus foncé, tachetée de gris: deux lignes traverſent ſes ailes ſupérieures & inférieures, & ſur les premieres ſont peintes plusſieurs taches blanches. On voit ici de même ſur les ſecondes les deux anneaux noirs marqués de blanc au milieu.

Num. 3. eſt un Papillon d'un brun pâle, & un peu orangé vers les extrémités de ſes ailes extérieures, & marqué de deux taches bleuës. A l'envers n. 4. chaque aile eſt marquée d'un petit œil noir & blanc: ſes ailes antérieures ont vers le bas quelque peu de bleu, & ſes ailes poſtérieures ſont marquées d'une raye blanche près de leurs extrémités pointuës.

Num. 5. 6. eſt un très beau Papillon, dont les ailes extérieures ſont brunes & marquées près de leurs bords d'une raye d'un bleu pâle; les ailes intérieures ſont bleuës & marquées de taches d'un bleu clair, avec des bords noirs. L'envers n. 6. fait voir le même fond brun marqueté de plusſieurs rayes & de petites taches d'un bleu clair: on voit de plus ſur les ailes intérieures deux petits yeux noirs entourés d'anneaux bleus, & quelque peu de bleu près du corps.

Num. 7. 8. Ce papillon eſt d'un brun clair, & marqué de quatre rayes noires, qui traverſant les quatre ailes vont ſe joindre par derriere. Il y a de plus ſur ces ailes ſix petits yeux noirs, entourés de blanc & marqués de même dans leur milieu; le deſſous de ce papillon eſt grisâtre, & les quatre lignes y paroiſſent rouſſâtres, mais les petits yeux ſont marqués comme au deſſus.

Num. 9. 10. eſt une variation de n. 5. 6. Ses ailes extérieures ſont de la même couleur, mais ſes ailes intérieures ſont bleuës & bordées de brun, ornées chacune de deux petits yeux d'un bleu plus clair, avec un point noir au milieu. L'envers en eſt d'un fond brun grisâtre; les ailes extérieures ſont marquées ici d'une raye d'un gris clair, & de deux autres noires: ſur le milieu des ailes intérieures paroiſſent ſix petites taches noires, bordées ſur les côtés par deux bandes obliques & noires, qui ſe joignent par en bas. Le reſte du fond eſt d'un rouge foncé, & d'un gris clair marqué de quelques traits noirs & de quatre petits yeux noirs & blancs.

Num. 11.

Num. 11. & 12. Papiliunculus utraque facie prope concolor, niger, albis veluti venulis, quaternisque maculis luteis, conſpicuus.

Num. 13. & 14. Idem forte papilio eſt, quem *Meriana* in ſua Surinamenſium inſectorum hiſtoria tab. 2. depictum dedit. Colore tamen haud parum diſcrepat. Noſter enim non luteo, ſed dilute fuſco faciem ſuperiorem tinctus eſt maculisque viridibus elegantiſſime ſplendentibus varius. Prona facie magis in griſeum vergit color, albæque maculæ oras alarum obſident.

Num. 15. & 16. Hujus ſuperior facies atro colore perfuſa maculis lituriſque ſordide virentibus diſtinguitur. Alæ anteriores, utroque extremo, maculas monſtrant albicantes, ſiniſtra ſeptem, ſex dextra. Ima facies itidem nigra eſt, at ex rufo griſeo variegata.

Num. 17. & 18. Papilio utraque facie niger maculas pallide virentes ſuperne, dilute rufas ſubtus exhibet.

Num. 19. & 20. Venuſtus papilio niger luteis maculis magnis, parvis, ſuperbit. Prona facie maculæ languide rubent, ibidemque & puncta aliquot alba, limbis atris circumdata, utrique alarum pari inſcripta conſpiciuntur.

TABULA QUINTA.

NUM. 1. Papilio elegans ex inſula Java, utraque facie prope concolor, ex flavo vireſcens, fuſcis quaſi ſquamis pingitur. Superne tamen paulo magis rubeſcit. Alas externas internasque maculæ exornant utrinque conſpicuæ ovatæ, rubræ, annulo ſingulæ luteo cinctæ: at quæ ſupernam faciem occupant, maculæ præ ſaturato rubore nigreſcentes ita obumbrantur, ut veluti concavæ appareant. Facie ſuperna etiam altera habetur macularum ſeries parte griſearum, parte nigrarum, annuloque luteo carentium.

Num. 2. Papilionis hujus facies ſuperior rufula albis maculis variegatur: inferior contra aterrimo colore ſuffuſa, tactu mollis, inſtar holoſerici, elegantes maculas luteas præ ſe fert, quarum tamen magno numero unica prope ventrem adſtat macula ſanguinei ruboris. Locus natalis eadem inſula Java Indiæ orientalis.

Num. 3. 4. 5. Papilionis prægrandis, itidem Javani, metamorphoſis exhibetur. Ad num. 3. eruca ejus habetur, fuſco colore, quæ deinceps in chryſalidem fuſcam mutata, promuſcide recurva, ex ramulo pendet. Papilio ſuperne dilute fuſcus eſt, ſaturatioribus maculis varius. Infra dilute griſeus lituris diſtinguitur dilute ſaturateque fuſcis. Alæ poſteriores duobus ſuperbiunt ocellis fuſcis, medio albis, margine nigro fimbriatis.

Num. 6. Papilio perpulcher, ex ſaturo virore in colorem marinum vergens. Prona facie color murinus immiſtus regnat: alæ tamen poſticæ ibidem in oram dilutiorem terminantur, quæ nigris maculis variegata eſt. Prope exortum utriusque paris alarum quatuor præterea maculæ rubicundæ cernuntur. Locus natalis Java.

Num. 7. & 8. Forma antennarum, corporisque craſſities videntur innuere, hunc papilionem, ex Indiis orientalibus transmiſſum, ad nocturnos, vel Phalænas, pertinere. Alæ anteriores

Num. 11. 12. Ce petit Papillon eſt marqué à peu près de même par deſſus que par deſſous; ſçavoir noir à veines blanches, avec quatre taches d'un beau jaune.

Num. 13. 14. Celui-ci paroît être le même papillon, que Madame *Merian* a repréſenté ſur la Pl. 2. de ſa deſcription des Inſectes de Suriname. Cependant il en differe beaucoup quand aux couleurs, car le deſſus au lieu d'être jaune, eſt d'un brun clair marqué de taches vertes très luiſantes, & le deſſous en eſt d'un brun plus griſâtre marqué de quelques taches blanches, ſur le contour des bords.

Num. 15. 16. Le deſſus de ce Papillon eſt un fond noir marqué de taches & d'autres traits d'un verd clair & ſâle. Ses ailes antérieures ont vers leurs extrêmités quelques taches blanches; la gauche en a ſept, & la droite ſix. Le fond du deſſous eſt pareillement noir, mais les taches ſont d'un gris rouſſâtre.

Num. 17. 18. Le fond de ce Papillon eſt noir par deſſus & par deſſous. Les taches du deſſus ſont d'un verd pâle, & celles de deſſous ſont d'un roux clair.

Num. 19. 20. Ce beau Papillon a pareillement un fond noir, orné de pluſieurs marques jaunes tant grandes que petites. Les marques de l'envers ſont d'un rouge pâle, & ſur l'envers des ailes il y a nombre de petites taches blanches ceintes de noir.

PLANCHE CINQUIEME.

Num. 1. Eſt un très beau Papillon de l'Iſle de Java, ayant le fond à peu près de même par deſſous que par deſſus, ſçavoir d'un jaune verdâtre marqué de taches brunes en forme de coquilles, le deſſous ſemble tirer un peu plus ſur le roux. Ses ailes extérieures & intérieures ſont ornées de taches ovales rouges, ceintes d'anneaux d'un beau jaune, leſquelles paroiſſent perçer ces ailes d'outre en outre; mais le rouge des taches du deſſus eſt très foncé & preſque noir, ce qui formant comme une eſpèce d'ombre, les fait paroître creuſes; le deſſus eſt de plus orné d'un ſecond rang de taches moitié griſes & moitié noires, mais ſans anneaux.

Num. 2. Le deſſus de ce Papillon eſt fauve, orné de taches blanches; le deſſous eſt d'un noir de jayet & doux comme du velours, orné de plus d'un grand nombre de belles taches jaunes. Au bas du corps, on en voit une ſeule iſolée d'un rouge couleur de ſang. Ce Papillon nous eſt venu des Indes Orientales, de l'Iſle de Java, comme celui du N. 1.

Num. 3. 4. 5. repréſente la métamorphoſe d'un très grand Papillon auſſi habitant de Java. N. 3. en fait voir la Chenille de couleur brune, qui ſe change enſuite en Nymphe de la même couleur, laquelle on voit ſuſpenduë à une branche d'arbre, par ſa queuë récourbée. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un brun clair marqué de taches d'un brun plus foncé; le deſſous eſt d'un gris clair marqué de traits bruns les uns clairs & les autres foncés. Ses ailes poſtérieures ſont parées de deux yeux bruns, dont le milieu eſt blanc, avec des bords noirs.

Num. 6. eſt un très beau Papillon d'un verd obſcur tirant ſur le gris de ſouris. L'envers eſt entierement de cette derniere couleurs, au lieu que ſes ailes poſtérieures ſont terminées par un bord plus clair, marqué de quelques taches noires. Les quatre ailes ont de plus quatre taches rouges près du corps. Il ſe trouve pareillement à Java.

Num. 7. 8. Ce Papillon, qui vient des Indes Orientales paroit appartenir à la famille des Papillons de nuit ou Phalenes, par la figure de ſes antennes, jointe à la groſſeur de ſon corps.

Tab. V.




Tab. VI.
1.
3.
4.
2.
5.
7.
8.
6.
9.
11.
13.
10.
12.
14.
15.
17.
19.
16.
18.
20.
21.
23.
22.
27.
25.
24.
26.
28.

res ſuperne ex vireſcente luteæ rubris variantur punctis, ac præterea tres monſtrant ſingulæ maculas candidas, obſcurioremque aliam oblongam. Extremitates harum alarum rubellæ ſunt. Alæ poſticæ ſanguinis colore infectæ. Ima facies alarum anteriorum rubra, ex luteo & fuſco maculatur: poſticarum contra dilute purpuraſcens, regularibus veluti teſſellis ſaturatioris coloris exornatur.

Num. 9. 10. Papilio elegans, Indicus orientalis, diurnus, ob ecphyſes alarum poſticarum ad *Ephebos*, quos dicunt, referendus. Colore eſt eleganter cæruleo. Alarum anticarum extremitates nigricant, uti & poſticarum cuſpides, quæ etiam ſibi imminentem nigram maculam gerunt. Ima facies diluta purpura reſplendet, compluribus velut ocellis, albidis, medio nigricantibus, variata. Ecphyſes alarum, quæ nigras in cuſpides abeunt, ſimiles duas oſtentant maculas, majores.

Num. 11. 12. Papilio ſuperne niger, maculis rubris, oblongis, verſicolor. Infra multum diſcolor alas anteriores, ad exortum rubras, inde nigras, iterum rubras, dein dilutius rubentes, tandem ſubfuſcas monſtrat. Alæ poſticæ dilutiſſime purpuraſcentes parte poſteriore in fimbriam fuſcam, latam, abeunt. Diluta purpura cujusvis alæ duabus diſtinguitur maculis, magnis, nigris, centro albis, aliaque macula nigra, oblonga, prope corpus. Locus natalis India orientalis.

Num. 13. 14. Chinenſis hic Papilio, perpulcher, utrumque par alarum, ſuperne, in medio nigrum gerit, in ambitu autem margine ornatum cæruleo, nigris circulis maculisque diſtincto. Lineolæ dilutiores alarum anticarum albent. Ima facies harum alarum dilute fuſco colore ſuffuſa maculas habet oblongas, albas, quæ etiam per ambitum decurrunt, ibidemque quaternis inſuper areolis cæruleſcentibus interſtinguuntur. Facies ima poſticarum quoque ex albo & fuſco maculata, margine exornatur lato, cæruleo, quem fimbria tenuior, alba, hancque alia dilute cærulea ambit. Omnes hæ tæniolæ, multis variegatæ maculis ocellisque nigris, tandem in fimbriolam nigram excurrunt.

Num. 15. 16. Papiliunculus Indicus orientalis, utraque facie concolor, medio luteus, ex fuſco late fimbriatus.

TABULA SEXTA.

NUM. 1. 2. Rarior hic Papilio, ſuperne niger, prope corpus ex rubello maculatus, alis anticis duas gerit maculas, ovatas, flaveſcentes. Infra eadem quidem nigredo regnat; ſed maculæ corpori vicinæ flavent, duabus reliquis rufis, quaſi carnis colore. Locus natalis omnium, qui hac tabula exhibentur, eſt colonia Berbicenſis & Surinamenſis.

Num. 3. 4. Elegans Papilio, utraque facie prope concolor, ex gilvo fuſcus, maculis albis & per ambitum alarum excurrente fimbria nigra, veluti ſquamoſa, ſuperbit.

Num. 5. 6. Supina facies huic, quam prona, obſcurius fuſca eſt. Maculæ alarum anteriorum dilute flavent.

Num. 7. 8. Papilio *Ephebus*, quatuor ecphyſibus caudatus, ſupra eleganter cæruleus, per ambitum niger, infra albus, ex nigro maculatus, alarum ecphyſes, ante exitum, duabus maculis rufis ſignatas gerit.

Num.

corps. Le deſſus de ſes ailes antérieures eſt d'un jaune verdâtre moucheté de points rouges; elles ont de plus chacune trois taches blanches & une quatriéme plus longue & plus obſcure; les extrémités de ces ailes ſont rougeâtres; ſes ailes poſtérieures ſont d'un rouge couleur de ſang: le deſſous de ſes ailes antérieures eſt rouge, tacheté de jaune & de brun, & le deſſous des ailes poſtérieures eſt d'une couleur violette, & orné d'une eſpece de petits déz aſſez reguliers & d'une couleur plus foncée.

Num. 9. 10. eſt un très beau Papillon de jour des Indes orientales, qui par les extrémités pointuës de ſes ailes poſtérieures, appartient à la claſſe des Pages. Il eſt d'un beau bleu, & les extrémités de ſes ailes anterieures ſont noires, de même que les pointes de ſes ailes poſtérieures, au deſſus deſquelles l'on voit de plus une tache noire: le deſſous eſt d'un très beau violet orné de pluſieurs petits yeux blancs, portant au centre une petite tache noire. On voit vers les pointes noires, par leſquelles finiſſent les ailes poſtérieures, deux yeux pareils, mais un peu plus grands.

Num. 11. 12. Le deſſus de ce Papillon eſt noir, & orné de longues taches rouges: le deſſous en eſt très varié, car les ailes antérieures ſont rouges près du corps, enſuite noires, rouges deréchef, plus loin d'un rouge plus clair, & enfin d'une couleur preſque brune. Ses ailes poſtérieures ſont d'un pourpre très clair, terminé par un bord brun & large. Sur le pourpre clair de chaque aile brillent deux taches grandes & noires, ayant chacune une marque blanche dans ſon milieu, & une troiſiéme, près du corps noire, & plus longue que les deux autres: Ce Papillon vient des Indes orientales.

Num. 13. 14. Fait voir un très beau Papillon de la Chine, qui a le deſſus de ſes quatres ailes peint de noir dans ſon milieu, & tout au tour d'un bleu chargé d'anneaux & d'autres taches noires. Sur ſes ailes anterieures l'on remarque quelques traits plus clairs & blanchâtres: l'envers de ces mêmes ailes eſt d'un brun clair marqué de petites taches blanches plus longues que larges, qu'on voit pareillement ſur le bord des ailes, & qui ſont interrompuës ou entrecoupées par quatre petites taches rondes d'un bleu lavé. Le deſſous des ailes poſtérieures ſe trouve pareillement tacheté de blanc & de brun, & eſt entouré d'un bord large & bleu, & enſuite d'une raye ou bordure étroite & blanche, laquelle eſt ceinte à ſon tour par un troiſieme bord d'un bleu plus clair: Toutes ces petites bandelettes ſont peintes de marques & de petits yeux noirs, & terminées par une bordure noire très déliée.

Num. 15. 16. Ce Papillon des Indes orientales eſt marqué des mêmes couleurs par deſſus que par deſſous, ſçavoir de jaune dans le milieu, & d'un large bord bruni ſur les côtés.

PLANCHE SIXIEME.

Num. 1. 2. LE deſſus de ce Papillon ſingulier eſt noir, marqué de taches fauves près du corps. Sur ſes ailes antérieures on voit deux taches ovales & jaunâtres: l'envers en eſt pareillement noir, quant au fond, mais les taches près du corps ſont jaunes, & les deux autres ſont rouſſâtres, ou de couleur de chair: Tous les Papillons répréſentés ſur cette Planche viennent des Colonies des Berbices & de Suriname.

Num. 3. 4. Ce beau Papillon a le deſſous à peu près ſemblable au deſſus, ſçavoir d'un fond brun fauve tacheté de blanc: ſes ailes ſont entourées d'un bord noir arrondi en forme de coquille.

Num. 5. 6. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un brun plus foncé, que le deſſous: Les taches des ailes antérieures ſont d'un jaune clair.

Num. 7. 8. Le deſſus de ce Page à queue en quatre pointes, eſt d'un beau bleu entouré de noir: le deſſous en eſt blanc tacheté de noir. Au haut des pointes de la queuë on voit deux taches rouſſes.

Num.

Num. 9. 10. Venuſtum animalculum, ſupra dilute flavum, maculis nitet nigris, in umbram helvam quaſi vaneſcentibus. Alæ anticæ infra ex albo & nigro, poſticæ ex ſordide luteo & nigro variae ſunt.

Num. 11. 12. Papilio, cui ſimilem fere & India orientalis parit, alas anteriores habet fuſcas, leviter rufas, ex albo maculatas: poſteriores ſordide luteas, nigris maculis, nigraque fimbria, quam albi ocelli variant, interſtinctas. Prona facie color dilutior eſt, nigrasque alarum poſteriorum maculas griſeus margo circumambit.

Num. 13. 14. Huic alæ anticæ, ſuperne, dilutiſſime thalaſſino virore tinctæ, ora nigra, quam maculæ thalaſſinae variant, terminantur. Alæ poſticæ albentes, nigro margine, ſimilibus maculis ornato, cinguntur. Intra hunc marginem, cujus æque, ac alarum anticarum, nigror helva quaſi umbra langueſcit, flavi quid album colorem obfuſcat. Ima facies, longe diverſa, alas anticas monſtrat albas, dilute fuſcis ecphyſibus, quas macula primum nitide lutea, dein dilute fuſca alia exornat. Alæ poſticæ, hac facie, elegantiſſime flavæ, ex fuſco fimbriantur.

Num. 15. 16. Tametſi Papilio iſte pictura haud multum abludat ab illis, qui num. 11, ac paulo poſt num. 17 & 19 exhibentur, nequaquam tamen pro eadem ſpecie habendus eſſe videtur. Superne color ſpadiceus eſt, &, qua alas poſticas ſuffundit, paulo obſcurior. Apices ac limbus alarum anticarum, ſaturate ſpadicei, maculis albis variantur: uti & limbus alarum poſticarum dilutius fuſcus ex albo maculatus eſt. Prona facies ſupinæ fere concolor ſaltem ſaturatius infuſcata eſt: præterquam quod & limbus alarum poſticarum duplicata ſerie albidarum macularum ſuperbiat.

Num. 17. 18. Color ſpadiceus ſupinæ faciei alarum anticarum dilutior eſt, quam in priore. Apices & limbus alarum obſcure fuſci maculis albis tæniaque alba ſecundum limbum decurrente diſtinguuntur. Alæ poſticæ, ex luteo fuſcæ, duas ſingulæ gerunt maculas nigrofuſcas, oraque fuſca maculis albis varia exornantur. Facie averſa idem eſt alarum anticarum color: tænia tamen alba deeſt. Alas poſticas, carneo colore tinctas, fimbria ambit nigra, ad concharum ſimilitudinem emarginata, mediumque tres cinereæ, duæque nigræ maculæ variant.

Num. 19. 20. Parum differt a priore num. 15 & 16. Supina facies aliquanto dilutius ſpadicea eſt. Fimbria fuſca, ambitum exornans, pluribus magisque ordinatis, tam ſupra, quam infra, maculis albis renitet.

Num. 21. 22. Supra nigerrimus hic Papilio duas oſtentat maculas dilute veneti coloris, prælongas, poſtica parte ad ſe mutuo convergentes. Ima facies ſaturate fuſca alas poſteriores unica ſingulas ſerie macularum lutearum, orbicularium, guttatas, & quà ſeſe ora interna contingunt, lunula lutea pictas exhibet.

Num. 23. 24. *Ephebulus* iſte quadricuspis, ex albo duntaxat & nigro verſicolor, ad radicem cuspidum cujusvis alæ poſterioris lunulam luteam monſtrat. Prona facie albis, nigris luteisque lituris, lunulisque luteis nitet.

Num. 25. 26. Papiliunculus, ex genere *Ephebarum*, ſuperne albus, alas anteriores nigra quamque macula diſtinctas, extremisque obſolete nigras habet. Utriusque alarum paris ora ex nigro

Num. 9. 10. Le deſſus de ce joli Papillon eſt d'un jaune clair orné de taches noires, ombrées d'une couleur fauve. Le deſſous de ſes ailes antérieures eſt blanc & noir, & ſes ailes poſtérieures ſont bigarrées de noir & d'un jaune plus ſale, que par deſſus.

Num. 11. 12. Ce Papillon, dont on trouve preſque un ſemblable aux Indes Orientales, porte des ailes antérieures brunes & un peu fauves, & tachetées de blanc. Ses ailes poſtérieures ſont d'un jaune ſale tacheté de noir, avec un bord noir marqué de petits yeux blancs: Le deſſous ou l'envers en eſt un peu plus clair, & les petites taches noires des ailes poſtérieures ſont entourées d'un petit bord gris.

Num. 13. 14. Dans cette eſpece le deſſus des ailes antérieures eſt d'un verd céladon fort clair, terminé par un bord noir orné de taches de ce même verd céladon: ſes ailes poſtérieures ſont blanches & bordées d'un noir tacheté de blanc: on voit au dedans de ce bord, qui de même que le noir des ailes antérieures fait une ombre fauve, un tant ſoit peu de jaune qui ternit la couleur blanche du fond: le deſſous en eſt tout à fait différent, car ici les ailes antérieures ſont toutes blanches, & ont des pointes d'un brun clair, & au dedans de ces pointes deux taches, dont l'une eſt d'un beau jaune, & l'autre d'un brun clair. Le deſſous des ailes poſtérieures eſt d'un très beau jaune, & leurs bords ſont tous bruns.

Num. 15. 16. Quoique ce Papillon reſſemble quand aux couleurs, à celui du N. 11. & aux deux N-s. qui vont ſuivre immédiatement, il paroît cependant en différer quand à l'eſpece: le deſſus en eſt châtain & ſes ailes poſtérieures ſont d'un brun un peu plus foncé: les pointes ou le bord de ſes ailes antérieures ſont d'un brun obſcur tacheté de blanc, mais le bord de ſes ailes poſtérieures eſt d'un brun plus clair, tacheté pareillement de blanc. L'envers ou le deſſous en eſt preſque ſemblable au deſſus, mais un peu plus foncé, & le bord des ailes poſtérieures eſt orné d'un double rang de taches blanches.

Num. 17. 18. Le châtain du deſſus des ailes antérieures de celui-ci eſt plus clair, que dans le précédent. Les pointes & le bord de ſes ailes ſont d'un brun obſcur orné de taches blanches & d'une bande blanche, qui regne le long du bord: ſes ailes poſtérieures ſont d'un brun jaunâtre, ornées chacune de deux taches d'un brun noir, & d'un bord brun tacheté de blanc.


L'envers des ailes antérieures eſt de même couleur que leur deſſus, mais ſans bande blanche, & celui des ailes poſtérieures eſt de couleur de chair à bordure noire taillée en coquilles: ſur leur milieu ſe voyent trois taches d'un gris cendré, & deux noires.

Num. 19. 20. Celui-ci differe très peu de celui des N°. 15. 16. le deſſus en eſt d'un châtain plus clair, & le bord qui l'entoure eſt orné tant par deſſus que par deſſous d'un plus grand nombre de taches blanches, & dans un ordre plus régulier qu'à l'autre.

Num. 21. 22. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un noir très foncé, orné de deux taches fort longues d'un verd céladon clair, qui ſe rapprochent vers le bas. Le deſſous en eſt d'un brun obſcur, & les ſeules ailes poſtérieures portent un rang de taches rondes & jaunes, avec un petit croiſſant jaune à l'endroit où leurs bords intérieurs ſe touchent.

Num. 23. 24. Ce petit Page à quatre queuës n'a que du noir & du blanc; ſeulement au deſſus des pointes de ſes ailes poſtérieures ſe voit un petit croiſſant jaune: l'envers de ce Papillon eſt orné de petits traits blancs, noirs & jaunes, & de petits croiſſants jaunes.

Num. 25. 26. Le deſſus de ce petit Page eſt blanc, ſes ailes antérieures ſont ornées chacune d'une tache noire, & leurs pointes ſont d'un noir terne; les bords de ſes quatre ailes ſont bigarrés de noir & d'orange: l'envers en eſt blanc &


N.° 1.
Tab. VII.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.

nigro & aurantio versicolor est. Aversa facies, alba, nigricantibus lituris, & ad basin ecphysium saturate lutea tænia ornatur.

Num. 27. 28. Species hæc inter Papiliones proprie dictos locum non meretur, sed, meo quidem judicio, ad insecta alata, quæ ex aquis proveniunt, ac vulgo Papiliones aquatici appellantur, referri debet. Colore est cinereo griseo. Alæ anteriores ex nigro variegatæ. Alæ in hac specie nequaquam plumulis hirtæ, sed tactu duriusculæ, quasi corneæ sunt & transparentes.

TABULA SEPTIMA.

NUM. 1. 2. Papilio Americanus, ut ceteri omnes hac tabula depicti, ex colonia ante memorata, superne coracinus est, venusta flavedine varius: infra ex spadiceo & flavo versicolor.

Num. 3. 4. Papiliunculus utraque facie concolor, niger ex dilute flavo maculatus.

Num. 5. 6. Et hic utraque facie concolor nigrorem præ se fert saturate flavis maculis distinctum. Alarum anteriorum apices quatuor maculæ albæ, oramque extremam posteriorum segmenta alba decorant.

Num. 7. 8. Concolor utraque facie, medio luteus, in ambitu niger est. Ceterum nec diurnis, nec nocturnis Papilionibus accenseri potest, sed ad illud genus pertinet, quod apud Belgas a Ribibus nomen habet, & cui congeneres etiam sunt, qui Belgis uncinati Papiliones audiunt. Etenim interdiu æque ac noctu vagantur, antennisque nec præpilatis, nec plumosis, a diurnis nocturnisque Papilionibus discrepant; ut ideo intermedium aliquod genus constituere videantur.

Num. 9. 10. Hunc inter & illum, qui Tabula præcedente n. 13, 14. depictus est, si a coloribus discesseris, vix notabilis datur differentia. Superna facies eo tantum discrepat, quod nihil flavidi in alis posticis conspiciatur. Imæ faciei pictura magis differt: alæ enim anticæ, in priore candicantes, hic pallide veneti sunt viroris. Ceterum conveniunt.

Num. 11. 12. Et iste maximam partem illi similis est, quem n. 1. 2. Tabulæ præcedentis exhibuimus. Quæ ibi rufæ sunt, binæ maculæ exteriores, heic flavescunt.

Num. 13. 14. Hic Papilio superne media parte veneti est coloris, per ambitum vero murini, quo & corpus ejus tinctum est. Infra alæ anticæ, in medio, ex dilute flavo albent, in ambitu dilute fuscæ sunt. Alæ posticæ, eleganti sulphuris colore perfusæ, in oram fuscam excurrunt.

Num. 15. 16. Venusti hujus Papilionis alæ anteriores, ad internam usque oram fusco colore tinctam, pallidissime flavescunt: inde ab ora interna ad externam usque, itidem fuscam, albescunt. Alæ posticæ, ex dilute thalassino virentes limbo ambiuntur languide fusco. Ima facies alarum anticarum superiori fere concolor est, pluresque duntaxat venas fuscas per medium decurrentes, nonnullasque maculas albidas in extremitatibus ostendit. Alæ posticæ subtus albicant.

Num. 17. 18. Hic Papilio utraque facie ex obscure fusco æquabiliter tinctus est, medio alarum albis maculis vario. Utrumque alarum par plaga ampla, obscute arantii coloris, quæ tamen in alis anticis, parte posteriore, in teretem velut cincinnum contorta est, exornatur.

Num.

& peint de traits longs & noirs, mais d'un jaune foncé vers la racine des pointes.

Num. 27. 28. Cet Insecte n'appartient pas à la Classe des Papillons proprement ainsi nommés, mais doit être compté, à mon avis, parmi les Insectes ailés, qui naissent des eaux, & portent le nom de Phalenes aquatiques. Il est d'un gris cendré, & ses ailes antérieures sont mouchetées de noir: Les ailes de cette espece ne sont point barbuës, ou chargées de plumes, mais un peu dures au toucher & transparentes comme de la corne.

PLANCHE SEPTIEME.

Num. 1. 2. CE Papillon & tous les suivants de cette Planche viennent de l'Amérique, des Colonies ci-dessus nommées: Le dessus en est d'un noir de jais, marqué d'un beau jaune; le dessous est bigarré de brun & de jaune.

Num. 3. 4. Ce petit Papillon a le dessous comme le dessus marqué des mêmes couleurs, sçavoir de noir tacheté d'un jaune clair.

Num. 5. 6. Ici le dessous est encore comme le dessus, sçavoir de noir tacheté d'un jaune foncé: les pointes des ailes antérieures sont ornées de quatre taches blanches, le bord des ailes postérieures est marqué de même.

Num. 7. 8. En voici encore un dont l'envers est de même couleur que le dessus, sçavoir de jaune au milieu, & de noir tout autour. Au reste il ne peut être compté ni parmi les Papillons de jour ni parmi les Papillons de nuit, mais il appartient à ce genre de Papillons, dont les Hollandois nomment une espéce le Papillon du groselier, & les autres des Papillons à crampon; car il se montre aussi bien de jour que de nuit & n'a les antennes ni en forme de massuë, ni barbuës, de sorte qu'il differe par là & des Papillons de jour & des Papillons de nuit, semblant ainsi former un genre mitoyen.

Num. 9. 10. Il n'y a gueres de différence entre celui-ci & celui du N. 13. 14. de la Planche précédente, si non pour ce qui regarde les couleurs: le dessus en differe seulement en ce qu'on ne voit point de jaune sur les ailes postérieures, mais la couleur du dessous en differe d'avantage, car les ailes anterieures, au lieu de blanches, qu'elles étoient au premièr, sont d'un verd céladon pâle dans celui-ci: Il n'y a aucune autre différence.

Num 11. 12. Celui-ci ressemble en grande partie à celui du N. 12. de la Planche précédente, mais les deux taches, qu'on lui voit à l'extérieur, sont ici jaunes, au lieu qu'elles sont rousses dans l'autre.

Num 13. 14. Le dessus de ce Papillon est de verd céladon dans le milieu, & d'un gris de souris tout au tour, comme aussi sur le corps: l'envers de ses ailes antérieures est d'un jaune pâle & presque blanc dans son milieu, & d'un brun clair tout ou tour: Ses ailes postérieures sont d'un beau jaune de soufre, & bordées de brun.

Num. 15. 16. est un très beau Papillon, dont les ailes antérieures sont d'un jaune très pâle jusqu'à leur bord intérieur, qui est brun, & de là jusqu'au bord exterieur, qui est pareillement brun, elle sont blanches: Ses ailes postérieures sont d'un verd de mer clair, & ont un bord étroit d'un brun pâle. Le dessous des ailes antérieures est à peu près semblable au dessus, excepté qu'on y voit quelques veines brunes de plus au milieu, & quelques taches blanches vers les extrémités; le dessous des ailes postérieures est blanc.

Num. 17. 18. Ce Papillon montre sur ses deux surfaces un brun également foncé, & a le milieu de ses ailes tacheté de blanc. Ses quatre ailes portent chacune une marque large d'orange obscur, & sur le derriere des ailes antérieures cette marque se termine en frisure légere & arrondie.

Num.

Num. 19. 20. Priori concolor hic Papilio, itidem nigrofuſcus, apices alarum anteriorum partemque dimidiam poſteriorum ex obſcure arantio colorata habet.

Num. 21. 22. Utraque facies caudati hujus Papilionis, inter *Ephebos* numerandi, nigra eſt, luteis maculis verſicolor. Supra, prope corpus, nonnullæ accedunt luteæ, & ante luteas maculas alarum poſteriorum, ſeries ſuave rubentium, alteraque albentium macularum conſpicitur.

Num. 23. 24. Huic color obſcure fuſcus mixtura macularum dilute fuſcarum variatur. Facies ima æquabiliter fuſca venulis nigricantibus diſtinguitur.

Num. 25. 26. Superior facies alarum anticarum in hoc Papilione obſcure fuſca maculas venuſte virides monſtrat. Alæ poſticæ nigerrimæ, medio ſaturate rubræ, ad interſtitia nigrarum ecphyſium maculis griſeis verſicolores ſunt. Prona facies alarum anticarum fuſca maculis rotundis, viridibus, picta eſt: poſticarum vero medium ſordidiore rubore maculatum eſt & interſtitia obtuſarum ecphyſium dilute rubent.

Num. 27. 28. India orientalis huic Papilioni fere geminum profert. Alæ anticæ, facie ſuperiore, æqualiter fuſcæ, nigris venulis variantur. Poſticæ nigerrimæ, rubris maculis verſicolores, alteram quoque ſeriem macularum dilutius rubentium inter obtuſos proceſſus, nigricantes, monſtrant. Ima facies ſimiliter picta eſt, niſi quod in alis anterioribus color murinus fuſco ſubſtituatur.

TABULA OCTAVA.

NUM. 1. 2. Venuſti hujus Papilionis facies ſuperior, piceo nigrore infecta, ambiente ſuperbit tænia, amœne cærulea, quam, prope extremitates alarum anticarum & poſticarum, duo veluti ocelli candidi diſtinguunt. Similes maculæ aliquot etiam in nigris apicibus alarum anticarum cernuntur. Duæ præterea ſeries guttarum cærulearum, & extra has linea griſea, undulata, ambitum decorant. Averſa facies griſeo fuſca, nigris cæruleiſque maculis, albiſque ſtriis & guttis varia, lineam griſeam, curvo ductu per medias fere alas poſticas decurrentem, oſtendit. Locus natalis India orientalis.

Num. 3. 4. Elegans Papiliunculus, utraque facie fuſcus, ruffis maculis punctiſque, nigriſque lineolis tum curvis, tum rectis, ornatur. Americanus eſt.

Num. 5. 6. Phalænam teſtantur antennæ plumatæ. Luteum ejus colorem, utraque facie, fuſcæ tæniolæ variant. Locus natalis America.

Num. 7. 8. Prægrandem venuſtumque hunc Papilionem India occidentalis parit. Ex gilvo fuſcus, ſuperne monſtrat in alis anticis tres maculas griſeas, ovatas, punctillis varias: in poſticis faſcias duas, albicantes, nigris punctis notatas, introrſum convergentes, ac pone has aliquot virentes maculas. Averſa facies, ex nigro fuſca, alis anticis maculas quatuor, griſeas, ovatas, præ ſe fert; dum poſticas ſeries exornat continuata macularum jucunde cæruleſcentium, punctatarum, quarum anteriori in utraque ala duæ adſtant guttæ griſeæ, itidem punctis notatæ.

Num. 9. 10. D. *Meriana* hunc Papilionem arbori Acajou attribuit. Eruca ejus valde villoſa albicat. Papilionis alæ in totum opere reticulato contextæ, diaphanæ, ex fuſco utrinque luteæ

Num. 19. 20. Ce Papillon eſt de même couleur que le précédent ſçavoir d'un brun obſcur: les pointes de ſes ailes antérieures, de même que la moitié de ſes ailes poſtérieures, ſont pareillement d'un orange obſcur.

Num. 21. 22. Les deux ſurfaces de ce beau Papillon à queuë, de la claſſe des Pages, ſont noires, & tachetées de jaune. Le deſſus après du corps, quelques traits jaunes; & au deſſus des taches jaunes, qui ſe voyent ſur ſes ailes poſtérieures, il y a un rang de taches d'un beau rouge, & un ſecond rang de taches blanches.

Num. 23. 24. Ce Papillon eſt d'un brun foncé, entrecoupé de quelques taches d'un brun clair, & l'envers eſt d'un brun uni, orné de veines noires.

Num. 25. 26. Le deſſus des ailes antérieures de ce Papillon eſt d'un brun obſcur tacheté d'un beau verd: Ses ailes poſtérieures ſont noires comme du jais, marquées d'un rouge foncé dans leur milieu; & de quelques taches griſes au bas entre leurs pointes noires: l'envers des ailes antérieures eſt brun, & marqué de taches rondes & vertes, & celui des ailes poſtérieures eſt tacheté dans ſon milieu d'un rouge plus ſale, & laiſſe apperçevoir entre ſes pointes émouſſées un rouge plus clair.

Num. 27. 28. On voit aux Indes orientales un Papillon à peu près ſemblable à celui-ci: Le deſſus de ſes ailes antérieures eſt d'un brun uni, à veines noires: ſes ailes poſtérieures ſont d'un noir de jais tacheté de rouge: Entre leurs pointes noires & arrondies on voit un ſecond rang de taches d'un rouge plus clair. Le deſſous des ailes eſt aſſez ſemblable à leur deſſus, excepté que les ailes antérieures au lieu d'être brunes, ſont ici d'un gris de ſouris.

PLANCHE HUITIEME.

N. 1. 2. LE deſſus de ce joli Papillon eſt d'un noir de poix, mais la bande qui l'environne eſt d'un beau bleu, & marquée de deux petits yeux blancs près des extrémités de ſes quatres ailes: On voit auſſi ſur les pointes noires de ſes ailes antérieures quelques petites taches pareilles: Le bord en eſt décoré de deux rangées de points blancs, & d'une ligne griſâtre, ondée, qui les renferme: L'envers de ce Papillon eſt d'un gris brun marqué de taches noires & bleuës, & de quelques traits & points blancs: Vers le milieu des ailes poſtérieures paroît une ligne griſâtre & courbe: Ce Papillon vient des Indes orientales.

Num. 3. 4. Ce beau Papillon a le deſſous comme le deſſus brun, marqué de taches & points rouſſâtres & de quelques petits traits, tant droits, que courbes. Il nous vient de l'Amerique.

Num. 5. 6. On reconnoît celui-ci pour un Papillon nocturne, par ſes antennes barbuës: Il a le fond du deſſus & du deſſous jaune, marqué de petits traits bruns: L'Amérique eſt ſon pays natal,

Num. 7. 8. L'Amerique produit pareillement ce grand & beau Papillon, dont le fond de deſſus eſt d'un brun fauve; on voit ſur ſes ailes antérieures trois taches ovales d'un gris cendré, toutes remplies de petits points: Sur ſes ailes poſtérieures ſe voyent deux bandes larges blancheâtres & marquées de points noirs, qui vont en s'approchant, & au deſſous de ces bandes quelques taches vertes: L'envers de ce Papillon eſt d'un brun noir, & ſes ailes antérieures ſont marquées de quelques taches griſes ovales, pendant que ſes ailes poſterieures ſont ceintes d'une rangée de taches d'un beau bleu, & toutes mouchetées, ayant ſur le devant deux petites taches griſes pareillement mouchetées.

Num. 9. 10. Madᵉ *Merian* attribue ce Papillon à l'arbre Acajou: ſa chenille eſt blanche & fort veluë: les ailes du Papillon ſont toutes gazées, tranſparentes, & d'un jaune brun des deux côtés: Les pointes de ſes ailes poſtérieures ſont d'une couleur un peu plus foncée, & ornées chacune de quatre petites taches en forme d'yeux, dont il y en a deux d'un brun fon-


Tab. VIII.
N.° 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
9.
10.
8.
11.
12.
13
14.
15.
17.
18.
16.




N°. 1.
2.
3.
4.
5
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.

teæ sunt. Apices alarum posticarum, paulo obscurius tincti, duos singuli saturate fuscos, totidemque dilutioris coloris ocellos, albo centro signatos, gerunt. Nonnunquam, ut in nostro specimine apparet, alæ posticæ in brevem ecphysin excurrunt; alias æquabiliter rotunda ora terminantur. Frequens Surinami incola est.

Num. 11. 12. Papilio alis anterioribus medio dilute subfuscis, posterioribus magis obumbratis. Utrumque alarum par lato margine fusco fimbriatur. Alas posticas ternæ singulas maculæ fuscæ, anticas unica, decorant. Aversa facie dilutior, magisque ruffus regnat color, marginesque fuscos oblonga ornant triangula lutei coloris. Credibile Americanum esse

Num. 13. 14. Superne sature fusco perfusus colore Papilio, albis undique maculis versicolor, medio tamen alarum posticarum dilute fuscus est. Ima facies, dilute fusca, albis maculis in totum, plagaque grisea in medio alarum posticarum distinguitur. Locus natalis America Belgarum.

Num. 15. 16. Elegans Papilio, itidem Americanus, superne saturo arantii colore tinctus, apices orasque alarum anticarum nigricantes, fasciamque irregularem nigram per earum medium fere decurrentem monstrat. Alæ posticæ, gracili tantum limbo nigro fimbriatæ, & aliquot nigris ocellis versus oram posteriorem ornatæ, cuspidatas ecphyses emittunt; ut pateat hanc non minus, quam subsequentem speciem *Ephebis* vulgo dictis annumerandam esse. Aversa facies, picturæ gratia haud inferior, ex fusco satura, plurimis lineolis nigricantibus variatur, marginesque laterales alarum exiguis quasi ocellis albis, centro nigro notatis, exornatos gerit.

Num. 17. 18. Papilio Indicus, pictura ac forma longe diversus, ex genere *Epheborum*, utraque facie prope concolor, fuscus, oram alarum anticarum serie lunularum flavescentium, atque intra has ternis præterea similibus maculis, decoratam ostentat. Alæ posticæ tribus ejusmodi macularum seriebus, media eleganter cærulea, binis reliquis plus minus luteis, superbiunt.

TABULA NONA.

NUM. 1. 2. 3. 4. Metamorphosis Papilionis Surinamensis. Eruca in universum livido est plumbi colore. Nympha n. 2. fusca. Papilio facie superna n. 3. totus niger maculis duabus, oblongis, luteis varius. Ima facie dilute fuscus. Alas anteriores binæ variant maculæ dilute flaventes, oblongæ, bini præterea ocelli ex albo nigri, nonnullæque guttæ albentes. Posticas duæ exornant maculæ saturate flavæ, oblongæ, ac pone has fimbria maculis nigricantibus, dein & nonnullis albidis distincta.

Num. 5. 6. 7. 8. Eruca superne dilutius, infra saturatius fusca est. Nympha dilute fusca. Papilio supra, medio alarum, spadiceus, circumferentiam obscure grisea veluti umbra liturisque nigris obnubilatam monstrat. Alis posticis insuper impressi quatuor ocelli. Prona facies multum dissimilis, ex helvo fusco pigmento perfusa, maculis lineisque albidis ac duodenis ocellis tum albis, tum nigris, variatur. Credibile & hanc & binas, quæ sequuntur, species ex coloniis nostris Americanis allatas esse.

Num.

foncé, & les deux autres sont plus claires, ayant toutes un point blanc dans leur centres: Les ailes postérieures du Papillon se terminent quelquefois en pointe légere, comme on le voit dans celui-ci, d'autres les ont à peu près rondes. Ce Papillon est fort commun à Surinam.

Num. 11. 12. Le milieu des ailes antérieures de ce Papillon est d'un brun clair, & celui des ailes postérieures est un peu plus foncé: Les quatre ailes ont un tour ou bord large brun: Sur celles de derriere il y a trois taches brunes, & sur celles de devant il n'y en a qu'une: sur l'envers regne un brun plus clair & tirant plus sur le roux; & ses bords bruns sont ornés de triangles oblongs & jaunes. C'est vraisemblablement l'Amerique qui le produit.

Num. 13. 14. Le dessus de ce Papillon est d'un fond brun obscur, tout parsemé de taches blanches; cependant le milieu de ses ailes postérieures est plus clair: l'envers ou le dessous en est d'un brun clair, parsemé aussi de taches blanches. Le milieu de ses ailes postérieures est marqué d'une tache large grise. Il vient des colonies hollandoises de l'Amerique.

Num. 15. 16. Ce beau Papillon doit pareillement sa naissance à l'Amérique: Le dessus en est d'un orange obscur; les pointes & les bords de ses ailes antérieures sont noirâtres; une bande noire & irréguliére traverse a peu près leur milieu. Ses ailes postérieures ne sont entourées que d'un bord noir & fin, qui est orné au bas de quelques petits yeux noirs: ces ailes se terminent en pointes, ce qui fait qne ce Papillon, de même que le suivant, appartient aux Pages. Le dessous n'est pas moins beau: le fond est d'un brun obscur tout bigarré de petits traits noirs, & les bords, qui sont sur les côtés des ailes, sont fort joliment peints de petits yeux blancs, marqués d'un point noir dans leur centre:

Num. 17. 18. Ce Papillon des Indes, appartenant aux Pages, est tout à fait différent du précédent, soit pour les couleurs, ou pour la figure; car il est brun par dessus & par dessous & le bord de ses ailes antérieures est orné d'une rangée de taches jaunâtres, en forme de demi-lunes, au dedans desquelles on voit trois petites taches pareilles: Ses ailes postérieures sont parées de trois rangs de taches, dont celui du milieu est d'un beau bleu: les deux autres sont plus ou moins jaunâtres.

PLANCHE NEUVIEME.

N. 1. 2. 3. 4. Réprésentent la métamorphose d'un Papillon de Surinam: La Chenille est toute de couleur de plomb: La Nymphe (N. 2.) est brune: Le dessus du Papillon (N. 3.) est tout noir & marqué de deux longues taches jaunes: Le dessous en est d'un brun clair. Ses ailes antérieures sont ornées de deux taches longues d'un jaune clair, de deux yeux blancs & noirs, & de quelques points ou petites taches blanches: ses ailes postérieures sont marquées de deux taches longues d'un jaune foncé, au dessous desquelles il y a un rang de taches noires, puis quelques taches blanches.

Num. 5. 6. 7. 8 La Chenille de celui-ci est d'un brun clair par dessus, & d'un brun obscur par dessous. Sa Nymphe est d'un brun clair: Le Papillon a le dessus au milieu, & entre ses ailes, d'un brun châtain, & le tour couvert d'une espece d'ombre d'un gris obscur, & de quelques traits noirs: Sur ses ailes postérieures se voyent de plus quatre petits yeux: L'envers en est tout différent: le fond y est d'un brun fauve marqué de taches & de traits blancs, & de douze petits yeux blancs & noirs: Celui-ci & les deux suivant viennent vraisemblablement de nos Colonies en Amérique.

N. 9.

Num. 9. 10. 11. 12. Eruca æque ac Nympha dilute fuſco ſunt colore. Papilionis ſuperna facies, priori ſimilis, eo ſaltem differt, quod ambitum alarum obtegens umbra, ſaturate griſea, minus lata ſit, nec eouſque, ut in præcedenti ſpecie, per aream mediam ſeſe effundat. Ima contra facies multum diſcrepat: etenim, eodem quidem pigmento ex helvo fuſco perfuſa, duas tantum exhibet lituras, albidas, obliquo ductu per utrumque par alarum protenſas, poſtica parte convergentes. Alas duntaxat poſteriores quaterni inſuper ocelli albis nigriſque annulis conſpicui decorant.

Num. 13. 14. Papilio ſuperne helvo fuſcus, medio alarum, prope truncum corporis, albida quaſi farina conſperſus eſt. Circumferentiam alarum obſcura quædam ſeries ocellorum, areæ, quam occupant, ferme concolorium, at nigro circello inſcriptorum, exornat. Ima facie, intra convergentes lituras nigras albaſque color cinereo luteus, nigris lineolis varius, regnat; externa vero ſede helvo fuſcus. Alæ poſticæ ſuam ſingulæ præ ſe ferunt ſeriem ocellorum annulo nigro cinctorum.

Num. 15. 16. Papilio Indiæ orientalis, elegantiſſimus, utraque facie nigerrimus, ſanguinei ruboris maculis pictus.

Num. 17. 18. 19. 20. Eruca ſordide lutea, fuſcis maculis. Nympha ex dilute fuſco reſplendens. Papilio facie ſuperna niger, maculis albidis denſe ſtipatus, medio alarum, verſus poſteriora, maculam monſtrat prægrandem, pallide luteam. Ima facies valde diſſimilis eſt. Alarum anticarum pars dimidia prior lutea, ex albo maculata, prope truncum corporis, inque hujus ambitu ex rubro & nigro varia, pellucentem quaſi oſtentat faciei averſæ grandem illam maculam, quæ tamen & plenius lutea heic eſt, & fimbria inſuper ſaturioris flavedinis, alas poſticas ambiente, ocelliſque albis & punctis nigris variata, cingitur. Pars dimidia altera anticarum alarum, verſus oram, nigra, ex albo maculatur. Patria hujus animalculi eſt Promontorium bonæ ſpei & Angola.

Num. 21. 22. Papilio Americanus, perquam venuſtus, niger, duabus tæniis, latis, verſus poſteriora convergentibus, ſaturate viridibus, decoratur. Nonnullæ itidem ſimiles maculæ alas poſticas ad latera variant. Averſa facie color ſaturate fuſcus, venulis nigris diſtinctus, regnat, alæque poſticæ fimbria cinguntur albis maculis varia, & in medio duas inſuper ejuſmodi maculas albentes monſtrant.

Num. 23. Phalæna exotica, helvo fuſca, lineolis nigris interſtincta, fœmella proxime ſequentis.

Num. 24. Prioris maſculus, ad dimidiam uſque partem alarum pallide luteus, nigris lineis variatur. Quemadmodum autem papiliones diurni antennis filiformibus & præpilatis dignoſcuntur; ita nocturnos conſtanter diſtinguit corporis major craſſities, tum quod antennæ maſculorum ut plurimum veſtitæ plumulis, fœmellarum filiformes ſint, in utriſque tamen non præpilatæ: id quod ſupra jam memoratum hoc loco repetere viſum eſt.

Num. 25. Huic alæ exteriores arantio rubore, interiores nitida flavedine tinctæ ſunt. Inter Phalænas ſecundum modo expoſita criteria referri debet, patriamque agnoſcit Americam.

De Nymphis vel Chryſalidibus, quæ hac aliiſque tabulis depictæ exhibentur, conſuli Præfatio noſtra poteſt.

Num. 9. 10. 11. 12. La Chenille & la Nymphe de ce Papillon ſont d'un brun clair: le deſſus du Papillon ne différe du précedent, qu'en ce que l'ombre de gris obſcur, qui couvre le tour de ſes ailes, n'eſt pas ſi large, & ne s'étend pas ſi en avant dans le milieu, mais le deſſous en differe beaucoup plus, car quoique le fond ſoit bien de la même couleur, ſçavoir d'un brun fauve, on n'y voit que deux rayes blanches, qui traverſant obliquement les quatre ailes s'approchent par derriere: les ailes poſtérieures n'ont que quatre petits yeux compoſés de petits cercles blancs & noirs.

Num. 13. 14. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un brun fauve, & le milieu de ſes ailes près du corps eſt couvert d'une pouſſiere blanche. Le contour de ſes ailes eſt orné d'un rang de petits yeux, qui ſont à peu près de même couleur que le fond, mais entourés de petits cercles noirs: à l'envers au dedans des lignes noires & blanches, qui découlent obliquement en s'approchant, regne un jaune cendré marqué de petits traits noirs, & au dehors de ces lignes la couleur eſt un brun fauve. Ses ailes poſtérieures ſont ornées chacune d'un rang de petits yeux cerclés de noir.

Num. 15. 16. Ce Papillon des Indes orientales eſt très beau; les deux ſurfaces en ſont d'un noir fort obſcur, marqué de taches de couleur de ſang.

Num. 17. 18. 19. 20. La Chenille de celui-ci eſt d'un jaune ſale tacheté de brun. Sa Nymphe eſt d'un brun clair & luiſant. Le Papillon même eſt noir en deſſus, & tout chargé de taches blanches: ſur le milieu de ſes ailes & vers le bas l'on voit une fort grande tache d'un jaune pâle: le deſſous en eſt tout différent. La moitié ſuperieures de ſes ailes anterieures eſt jaune, tachetée de blanc, & bigarrée de rouge & de noir près & autour du corps: on y voit enſuite la grande tache jaune de l'autre côté, qui eſt ici plus foncée, avec un bord plus foncé encore, qui en même temps entouré les ailes poſtérieures: ce bord eſt auſſi chargé de petits yeux blancs & de points noirs: l'autre moitié des ailes anterieures eſt noire vers les bords & tachetée de blanc. Ce Papillon nait au Cap de Bonne eſpérance, & en Angola.

Num. 21. 22. Nous offrent un très beau Papillon de l'Amerique. Il eſt noir & orné de deux bandes larges d'un verd obſcur qui ſe joignent ſur le derriere, ſur les côtés de ſes ailes poſterieures on voit quelques taches pareilles: Quand on le retourne, le fond en paroît d'un brun foncé à veines noires, & ſes ailes poſtérieures ſont entourées d'une rangée de petites taches blanches: on en voit deux ſemblables vers le milieu.

Num. 23. Eſt une Phalene étrangere d'un brun fauve marqué de petits traits noirs. C'eſt la femelle de la ſuivante.

Num. 24. Eſt le mâle de la précédente, qui eſt d'un jaune pâle marqué de traits noirs juſqu'à la moitié de ſes ailes: Comme les Papillons de jour, ſe ſont aiſement reconnoître par leurs antennes ſetacées & en forme de maſſue, ainſi on reconnoît conſtamment les Phalenes à leur gros corps, & de plus en ce que les antennes des mâles ſont d'ordinaires barbuës, & celles des femelles ſetacées, mais toutes deux ſans boutons: ce que nous jugeons à propos de rappeller ici, quoique nous l'ayons déja obſervé plus haut.

Num. 25. Celui-ci a les ailes ſupérieures d'un rouge orange, & les ailes inférieures d'un beau jaune: on le trouve en Amerique, & ſuivant les caractéres qui viennent d'être établis, il doit être compté parmi les Phalenes.

Pour ce qui regarde les Nymphes ou Chryſalides, qui ſont répreſentées ſur cette Planche, ainſi que ſur les autres, nous renvoyons à ce que nous en avons dit dans la Préface.


4.
N. 1.
2.
3.
5.
6.
7.
9.
10.
8.
11.
12.
16.
13.
14.
15.
18.
17.




N. 1.
2.
4
5.
6.
3.
8.
9.
7.
11.
12.
10.
13.
14.
15.
16.
17.

TABULA DECIMA.

NUM. 1. 2. Elegans Papiliunculus, superne fuscus, venis nigris distinctus, macula citrini coloris, utrique alæ anticæ impressa, notatus. Ima facies cinereo grisea, striis nigris ornata, maculas citrinas easdem, veluti transparentes, monstrat. Locum natalem cum reliquis hujus tabulæ Papilionibus habet Indias occidentales.

Num. 3. 4. Utraque facie fuscus, lineis pene nigris pictus.

Num. 5. 6. Huic facies superior ex griseo sordens eleganti tamen apparatu linearum ocellorumque nigrorum, medio alborum, nitet. Aversa facies dilutius grisea pariterque ex nigro picta est.

Num. 7. 8. Papilio supra fuscus, nigris lineis, duabusque maculis luteis distinctus, infra dilute griseus, fusca pictura maculisque binis pallide luteis ornatus, alarum posticarum extremis duas insuper monstrat arantii coloris maculas.

Num. 9. 10. Prioris in modum, supra fuscus, ex nigro pictus, alis anterioribus duas arantii coloris maculas exhibet, quæ mutato in pallide luteum colore per alas etiam posticas excurrunt ibidemque in acumen attenuatæ desinunt. Prona facie ex rufo fuscus regnat color, subtiliore pictura nigra, grandibusque maculis anteriore parte venuste flavis, at qua per posticas alas decurrunt, dilutius flaventibus, exornatus.

Num. 11. 12. Phalæna utraque facie concolor alas anticas nigras ex albo maculatas, posticas dilute cærulescentes gerit.

Num. 13. 14. Papilio diurnus, facie superiore eleganter flavus, fimbriola tenui, undulata, fusca, circumscriptus, impressas alis anticis maculas aliquot fuscas monstrat. Aversa facies itidem flava est, at limbo maculisque ac ornamentis rufi coloris variata.

Num. 15. 16. Helvo nigricans, ex dilute rufo ac cærulo maculatus Papilio, albis superbit, ocellorum forma, punctis, quæ languide cærulescentibus annulis ambiuntur. Prona facies nigrore perfusa ex dilute griseo variatur.

Num. 17. 18. Dilute flavus color, saturatiore flavedine obumbratus hunc Papilionem tingit. Oræ ambitus ex flavo fuscus est. Ima facies sordide obscureque flavescit, ac, rufula versicolor pictura, octo monstrat albidos quasi ocellos, suo singulos circello nigro conclusos.

TABULA UNDECIMA.

NUM. 1. 2. Spadiceo decorus colore Papilio nigris veluti nervis distinguitur. Alis anticis, præter griseo flaventem maculam, tres orbiculi albidi prope extremitatem inscripti sunt. Prona facie idem regnat color, nisi quod complures hic compareant diversimode conformati ocelli ex albo & nigro variegati. Utrum & hic & qui sequuntur duo Papiliones ex ora Guineæ aut ex Indiis occidentalibus huc translati sint, dubium est.

Num. 3. 4. 5. 6. Eruca hæc ejusque Nympha pluribus annulis composita est partim nigris, partim

PLANCHE DIXIEME.

Num. 1. 2. LE dessus de ce beau Papillon est brun à veines noires ses ailes antérieures sont marquées chacune d'une tache de couleur de citron: le dessous en est d'un gris cendré rayé de noir, & les taches de couleur de citron sont les mêmes que celles du dessus: celui-ci & les suivants de cette Planche naissent aux Indes occidentales.

Num. 3. 4. Le dessus & le dessous de celui-ci est brun marqué de traits noirâtres.

Num. 5. 6. Le dessus de ce Papillon est d'un gris sale, rélévé par des traits d'un beau noir, & par de petits yeux de même couleur, avec un point blanc au milieu: l'envers est d'un gris plus clair, peint aussi de noir.

Num. 7. 8. Ce Papillon a le dessus brun, marqué de traits noirs & de deux taches jaunes: le dessous en est d'un gris clair peint de brun, & marqué de deux taches d'un jaune pâle. Les extrémités de ses ailes postérieures portent de plus deux taches de couleur d'orange.

Num. 9. 10. Celui-ci a le fond de dessus semblable au précédent, sçavoir d'un brun peint de noir: sur ses ailes antérieures l'on voit deux taches de couleur d'orange, qui continuent de paroître sur les ailes postérieures, en changeant seulement leur couleur en celle d'un jaune pâle, & finissent en pointe. Sur le dessous regne un brun roussâtre marqué de traits fins noirs, & orné de grandes taches, qui sont d'un beau jaune sur le devant, & d'un jaune plus pâle sur les ailes postérieures.

Num. 11. 12. C'est une Phalene, dont les deux faces sont de même couleur; les ailes antérieures noires & tachetées de blanc, & les ailes postérieures d'un bleu clair.

Num. 13. 14. Le dessus de ce Papillon de jour est d'un beau jaune entouré d'un bord étroit brun & ondé: ses ailes antérieures sont marquées de quelques taches brunes: la couleur du revers est pareillement jaune, mais le bord, les taches & autres marques sont roussâtres.

Num. 15. 16. Celui-ci est d'un noir terne, marqué de taches d'un roux clair & de bleu. On voit des bords legers de cette derniere couleur autour des petits points blancs en forme d'yeux, dont ce beau Papillon est paré: le dessus en est noir bigarré d'un gris clair.

Num. 17. 18. Ce Papillon est peint d'un jaune pâle, ayant une ombre d'un jaune plus foncé: le bord qui l'entoure est d'un jaune tirant sur le brun: le dessous est d'un jaune obscur & sale, peint de quelques traits roussâtres & de huit petits yeux blancs, qui sont entourés chacun de leur cercle noir.

PLANCHE ONZIEME.

Num. 1. 2. Ce Papillon, dont le fond paroît d'un beau châtain, semble avoir quelques marques noires en forme de nerfs: sur ses ailes antérieures, on voit outre une tache d'un gris jaunâtre, trois anneaux ou taches rondes blanchâtres près de leurs extrémités: sur l'envers regne la même couleur, mais il y a ici un plus grand nombre de petits yeux peints de blanc & de noir, & de différente figure: l'on doute, si ce Papillon & les deux suivants ont été apportés de la côte de Guinée ou des Indes occidentales.

Num. 3. 4. 5. 6. Cette Chenille & sa Nymphe sont formées de plusieurs anneaux, partie noirs, & partie d'un brun

partim ex fuſco luteis. Papilio utrinque ſaturate fuſcus lunulis candidis nitet, quæ averſa facie margine nigro ambiuntur.

Num. 7. 8. 9. Eruca ex ſpadiceo lutea nigris tæniis gracilibus diſtinguitur. Papilionis facies ſuperna, itidem ſaturate fuſca, alis anterioribus impreſſas fert maculas tres, rotundas, albidas, majoremque aliam oblongam, ſordide luteam. Alæ poſticæ itidem maculam monſtrant pallidius flaventem, quæ ſecundum extremæ oræ univerſum fere ambitum ſe extendit. Infra fuſcus undequaque regnat color nigra pictura diſtinctus. Ocelli alarum poſticarum circulo candido cinguntur.

Num. 10. 11. 12. Eruca tota nigra eſt præter roſtrum, quod æque ac maculæ dorſales pallida flavedine tingitur. Papilio, quem Tab. VII. num. 27. 28. depictum deſcriptumque dedimus, maximam partem huic ſimilis eſt; ut credibile ſit loco tantum natali differre, ideoque hunc, illo minus profunde, coloratum eſſe.

Num. 13. 14. Præſtantiſſimus Papilio, ſuperne nigerrimus, tænia ambitur lata, elegantiſſime cærulea, pone quam duplex guttarum candidarum ſeries collocatur. Averſa facies multum diſcrepans, ex griſeo fuſca, guttis lunuliſque albidis nitet. Maculæ quatuor majuſculæ, alis anticis in confinio poſticarum impreſſæ, colore cæruleo ſe diſtinguunt. Tæniæ duæ alarum poſticarum poſtrema parte arcuate convergentes albicant. Locus natalis in Indiis orientalibus eſt, multumque hic Papilio differt ab eo, qui Tab. VIII. num. 1. 2. exhibetur.

Num. 15. 16. 17. Eruca nigra, albentibus annulis ornamentiſque picta. Papilio utraque facie ex rufo fuſcus, alis tamen anticis paulo profundius coloratus, albis diſtinguitur maculis guttiſque. Naſcitur in Indiis occidentalibus.

TABULA DUODECIMA.

Num. 1. 2. Phalæna noſtras, in provincia Hollandiæ, rarius tamen, occurrens. Utrinque cinereo griſea, eleganter ex nigro verſicolor eſt.

Num. 3. 4. Et hæc venuſta Phalænula in noſtra Hollandia, licet non admodum frequenter, in proceris Tiliæ ac Fagi arboribus invenitur. Utraque facie concolor, ſature flava, ſubtilibus ſtriis, in modum tæniolarum diſpoſitis, rubellis, eleganter diſtinguitur. Pertinet ad genus Phalænarum, quod apud nos ab unco nomen accepit, quia Erucæ, unde proveniunt, progredientes mediam corporis partem ſurſum arcuatim incurvant, extremitatibus in ſolo defixis, uncique adeo ſimilitudinem exprimunt.

Num. 5. 6. Elegans Papilio, facie ſuperiore dilute flavus, pictura nigra renidet. Pallidior flavedo itidem ex nigro variata averſam faciem ornat: interior tamen latiorque faſciola, quæ juxta oram alarum decurrit, ex helvo ſubfuſca eſt. Habitat in Gallia, ubi & alia ſpecies parum modo diverſa invenitur: etiam in noſtra Hollandia nonnunquam occurrere fidem mihi fecit quidam hiſtoriæ naturalis cultor.

Num. 7. 8. Hollandiæ incola hæc Phalæna, a Sambuco denominata; quoniam Eruca ejus, illi,

jaunâtre: Le Papillon même eſt d'un brun obſcur tant par deſſous, que par deſſus, orné de petits croiſſans blancs, qui ſont même entourés de bords noirs ſur l'envers.

Num. 7. 8. 9. La Chenille de celui-ci eſt d'un châtain jaunâtre, marquée de bandelettes étroites & noires: le deſſus du Papillon même eſt d'un brun obſcur, & il porte ſur ſes ailes antérieures trois taches rondes & blanches, & une quatriéme plus longue & d'un jaune ſale: ſes ailes poſtérieures ſont marquées pareillement d'une tache d'un jaune plus clair, qui s'étend preſque à tout le tour du bord exterieur de ſes ailes: Par deſſous le brun regne par tout & eſt marqué par-ci par-là d'un deſſein noir: les petits yeux des ailes poſtérieures ſont entourés de cercles blancs.

Num. 10. 11. 12. Cette Chenille eſt toute noire, excepté ſon muſeau, qui de même que les taches de ſon dos, eſt d'un jaune pâle. Le Papillon, qui a été décrit & dépeint à la Pl. VII. aux Num. 27. 28. reſſemble preſque entiérement à celui-ci, de ſorte qu'il paroît vraiſemblable, qu'ils ne différent que pour le lieu natal, qui fait que celui-ci à une couleur moins foncée que l'autre.

Num. 13. 14. Ce Papillon eſt des plus beaux; la couleur du deſſus eſt un noir d'encre: il eſt entouré d'une bande large d'un très beau bleu, & au-delà de cette bande on voit une rangée double de points blancs. Le revers en eſt tout différent, ſçavoir d'un gris brun marqué de points & de croiſſants blanchâtres: quatre grandes taches placées ſur les ailes antérieures tout près des ailes poſtérieures ſe font aſſez remarquer par leur couleur bleuë: les bandes des ailes poſtérieures, qui tendent à ſe joindre ſur le derriere, ſont blanches: les Indes orientales ſont le pays natal de ce Papillon; & il différe beaucoup, de celui, qui eſt repréſenté à la Planche VIII. au Num. 1. 2.

Num. 15. 16. 17. Cette Chenille eſt noire & ornée d'anneaux & d'autres traits blanchâtres; le Papillon en eſt d'un roux brun par deſſus & par deſſous, & ſes ailes antérieures ſont un peu plus foncées: au reſte il eſt plein de taches & de marques blanches & vient des Indes occidentales.

PLANCHE DOUZIEME.

Num. 1. 2. Une Phalene de la Province d'Hollande, mais qu'on ne voit pas fort ſouvent: le fond en eſt d'un gris cendré en deſſus & en deſſous, joliment marqué ou bigarré de traits noirs.

Num. 3. 4. Cette petite jolie Phalene ſe trouve pareillement en Hollande, quoique rarement, ſur les grands tilleuls & les hêtres: la couleur en eſt d'un jaune foncé des deux côtés; on y remarque de jolis petits traits rougeâtres en forme de bandelettes: elle appartient à la claſſe de celles, que les Curieux de notre pays ont appellées crochues ou à crampon, parce que la Chenille, qui les produit, éleve le milieu de ſon corps en forme d'arc, pendant que ſes extrémités de devant & de derriere touchent la terre.

Num. 5. 6. Ce beau Papillon eſt d'un jaune clair peint de noir, tant par deſſus que par deſſous, mais le jaune du deſſous eſt plus clair, que celui du deſſus, & la bande large & intérieure, qui entoure le bord de ſes ailes, eſt d'un brun terne: celui-ci ſe trouve en France, où on en voit auſſi une autre eſpéce, qui en differe très peu. J'ai même oui dire à un connoiſſeur, qu'on le voyoit auſſi quelquefois en Hollande.

Num. 7. 8. Cette Phalene eſt d'un jaune pâle avec quelque traits rouſſâtres qui la traverſent, elle eſt peinte à-peuprès de même des deux côtés, & on la trouve en Hollande: on

Tab. XII.


2.
N.° 1.
4.
3.
5.
6.
8.
7.
9.
10.
12.
11.
14.
13.
20.
16.
15.
18.
17.
21.
22.
19.
24.
23.
30.
26.
25.
28.
27.
31.
32.
29.

illi, quam num. 3 & 4. habet, gemina Sambuci foliis vefcitur; colore pallide luteo perfufa, ftriis transverfalibus, rufulis, fimili utrinque pictura, diftinguitur.

Num. 9. 10. Exoticus Papilio alas anticas fatura flavedine tinctas, rufulaque fimbria & binis tæniolis ex gilvo nigricantibus ad extremos apices ornatas gerit. Alæ pofticæ, ex rufo flaventes, nigris punctis variantur. Averfa facie idem regnat color fature flavus, tæniolis undulatis, rufis, fimbriaque ambiente ac nigris punctis interftinctus.

Num. 11. 12. Rarior hic Papilio, ex helvo nigrefcens, quaternas maculas dilute rubentes, minoresque nonnullas nigricantes, ac fimbriam ambientem albidam, facie fupina monftrat. Averfa facies, pallide arantio colore infecta, fenis maculis grifeis, tæniola fingulis nigra circumfcriptis, pluribusque infuper guttis nigris fuperbit. Locus natalis Gallia.

Num. 13. 14. Papiliunculus, fuperne plumbei coloris, medio albam oftentat maculam, ac pone hanc per reliquam partem alarum pofteriorum fufcus eft. Ima facies, fi albam maculam exceperis, itidem plumbeo livore tincta, ex gilvo variegatur.

Num. 15. 16. Phalæna Indiæ occidentalis, obfcure grifea, utrinque nigris ornamentis picta, paffim tono dilute fufco refplendet.

Num. 17. 18. Papilio hollandicus, a *Goedartio* aliisque abunde defcriptus, Belgis a S. Jacobo dictus. Infectorum noftratium nonnulla fubinde interferimus, ut conftet, noftram quoque patriam id genus animalculis, venuftiffime pictis, haud carere.

Num. 19. 20. Americanus hic Papilio, perquam ornatus, facie fuperiore ex gilvo grifeus, quaternis maculis diluti faloris diftinguitur. Prona facies ad rufum vergit. Alæ anticæ maculam dilute thalafficam utroque apice, aliamque albentem, veluti bifidam, pone priorem, fere in medio, gerunt. Alæ pofticæ aream thalafficam monftrant duplici ordine punctorum rubentium ac nigrefcentium fuccinctam. Eiusmodi puncta aliquot rubella etiam anticis impreffa funt.

Num. 21. 22. Papilio fuperna facie murino pigmento perfufus, nigrisque lineolis interftinctus eft. Apices alarum anticarum macula finguli ex rufo dilute flava nitent. Sub hac elegans alia thalaffica vifitur. Ima facies, dilutius helva, maculis albis ac dilute luteis, tæniifque rubris & nigrefcentibus fuperbit. Locus natalis America.

Num. 23. 24. Phalæna in univerfum bicolor, fufca videlicet ac nigro-fufcis ornamentis picta.

Num. 25. 26. Perhibent in agro Neomagenfi hunc Papilionem nafci. Facies fupina ex gilvo nigra compluribus maculis albis, magnis, parvis diftincta, prope oram alarum, ambiente ornatur ferie guttarum rubentium, partim circularium, partim lunatarum. Ima facies, luteola, maculas majufculas, fimbriafque alarum dilute murino colore pictas, nigrifque tæniolis ac marginibus decoratas monftrat. Ceteræ guttæ nigrefcunt.

Num. 27. 28. 29. 30. Hæc altera fpecies eft priori affinis, fua quoque eruca & nympha ftipata. Eruca fufca eft, dorfo ac lateribus ex colore fulphureo eleganter picta. Nympha fufca forte potius ad Phalænam aliquam referenda eft, quam ad hunc Papilionem. Hujus fupina facies priori concolor eft; nifi quod guttarum albidarum nonnullæ heic defint: quarum tamen loco nigricantes quædam comparent, quæ unica ferie intra rubentes maculas alarum anticarum, duplicique

on la nomme la Phalene du fureau, à caufe que fa Chenille, qui eft de la même efpece que celle du Num. 3. 4., fe nourrit des feuilles du fureau.

Num. 9. 10. Papillon étranger, dont les ailes antérieures font teintes d'un jaune foncé, & entourées d'un petit bord rouffâtre, ayant aux extrémités deux bandelettes d'un noir terne: fes ailes poftérieures font d'un jaune rouffâtre marqué de points noirs: l'envers eft pareillement tout teint d'un jaune foncé avec de petites taches ondulées & rouffâtres, un bord & des points noirs.

Num. 11. 12. Le deffus de ce Papillon rare eft d'un noir terne, marqué de quatre taches d'un roux clair, & de quelques autres plus petites & noires, & de plus entouré d'un bord blanc. Le deffous eft orange pâle, orné de fix taches grifes entourées d'une bande noire, & de plufieurs points de même couleur: ce Papillon vient de France.

Num. 13. 14. Ce petit Papillon a le deffus de fon corps de couleur de plomb, tacheté de blanc au milieu; le refte de fes ailes poftérieures eft brun. Le deffous eft auffi de couleur de plomb, mais marqué de fauve, fans aucune tache blanche.

Num. 15. 16. L'on voit ici une Phalene des Indes occidentales d'un gris obfcur joliment peint de noir des deux côtés: on y voit par-ci par-là quelques rayons reflechis d'un brun clair.

Num. 17. 18. Papillon hollandois, nommé le Papillon de St. Jaques, que *Goedart* & d'autres ont fuffifamment décrit. Nous donnons de tems en tems quelques uns de nos Infectes pour faire voir, que dans ce pays il n'en manque pas de cette efpece, furtout pour la beauté des couleurs.

Num. 19. 20. Ce très beau Papillon vient de l'Amérique. Il a le deffus du corps d'un gris fauve marqué de quatre taches d'un verd céladon clair, & le deffous tirant fur le roux. Ses ailes antérieures ont chacune à leur extrémité une tache d'un verd céladon clair, & près de celle-là un peu plus vers le milieu une feconde tache blanche, comme partagée en deux. Ses ailes poftérieures font de verd céladon au milieu, avec un contour formé de deux rangs de petites taches rouges & noirâtres: on voit auffi quelques unes de ces petites taches rouges fur fes ailes antérieures.

Num. 21. 22. Le fond du deffus de ce Papillon eft un gris de fouris entremêlé de traits noirs: les pointes de fes ailes antérieures font marquées chacune d'une tache d'un jaune clair tirant fur le roux, pendant qu'on en voit plus bas deux autres d'un beau verd céladon: l'envers en eft d'un fauve plus clair orné de taches blanches & d'un jaune clair, & de bandelettes rouges & noirâtres. L'Amerique eft fon Pays natal.

Num. 23. 24. Cette Phalene n'a que deux couleurs en tout, fçavoir le brun pour le fond, & quelques marques d'un brun noirâtre.

Num. 25. 26. L'on prétend que ce Papillon fe trouve dans les environs de Nimegue: le deffus en eft d'un roux noir parfemé de plufieurs taches blanches petites & grandes: tout près du bord qui entoure fes ailes, fe voit une rangée de très petites taches rouges, partie rondes, & partie femi-lunaires. Le deffous en eft jaunâtre, & les grandes taches de même que les bords des ailes font d'un gris de fouris clair, orné de bandelettes noires & de bords femblables: le refte des taches rondes eft noir.

Num. 27. 28. 29. 30. Voici une feconde efpece du précédent accompagnée de fa Chenille & de fa Nymphe: la Chenille eft brune, mais fon dos & fes côtés font peints d'un beau jaune tirant fur le foufre: la Nymphe eft pareillement brune, mais elle appartient peut être plutôt à quelque Phalene, qu'à ce Papillon ci: le deffus du Papillon eft de même couleur que le précédent, excepté, qu'il manque ici quelques ta-

que ſerie intra & extra ſimiles alarum poſticarum maculas collocatæ ſunt. Averſa facies ſaturatius flavet, quam in priore; ceterum vero, ſi numerum majorem macularum exceperis, eodem plane modo picta eſt.

Num. 31. & 32. Tabula IX. Num. 19. & 20. hujus Papilionis, qui ex Promontorio Bonæ ſpei oriundus eſt, differentem ſpeciem jam deſcripſimus. Superior facies dilute fuſca, in ambitu complures monſtrat guttas albidas, magnamque in medio maculam pallide flaventem. Facies ima ſimiliter, ut in præcedenti, comparata eſt: ſed, quæ medium tenet, macula ingens candicat, nigroque margine minus lato circumſcribitur.

TABULA TERTIA ET DECIMA.

Quæcunque hac tabula exhibentur, animalcula coloniis noſtris Americanis ſuos natales debent.

Num. 1. & 2. Papiliunculus utrinque concolor, nigreſcens, nigris venulis diſtinctus, alas anticas duabus maculis, albis, acute convergentibus, variatas gerit.

Num. 3. & 4. Hic nigerrimus eſt, at in medio eleganter luteus, aliquantum diverſus ab illo Num. 7. 8. Tab. VII.

Num. 5. & 6. Supina hujus Papilionis facies ſature fuſca lineis nigris diſtinguitur. Mediam partem alarum trajicit tænia initio lata, paullatim dein in acumen coiens, ad alas usque poſticas ſaturate flava, deinceps vero candicans. Facies oppoſita carnis in modum rubet: tæniæ priore parte colore ſunt arantio, poſteriore albicant. Prope corpus utrinque lineæ aliquot nigræ decurrunt: margines vero alarum albæ exornant maculæ, nigris lunulis cinctæ.

Num. 7. & 8. Hic cinereo griſeus ſimpliciter eſt, ad oras alarum maculis pictus albis, quarum ambitum facie ſupina dilute fuſcum, prona nigricans obumbrat pigmentum.

Num. 9. & 10. Hujus ſuperior facies fuſca nigris venulis binisque maculis veneti coloris variatur. Facies inferior dilute griſea, fuſcis lineis ornata, duas gerit maculas luteas, prope apices alarum poſticarum, quæ præterea etiam quatuor monſtrant ocellos cæruleos, lunula ſingulos arantii coloris cinctos.

Num. 11. & 12. Itidem ſaturate fuſcus hic eſt, nigrisque venulis varius. Per medium binæ decurrunt tæniæ, parte anteriore ſaturate luteæ, poſteriore albæ, ita tamen, ut album, quod per poſticas alas regnat; inde in antecedens luteum obliqua veluti pyramide aſſurgat. Facies averſa, varie lutea, medio duas monſtrat tænias albas, obliquas, parte anteriore plures alias minores, ad oras autem alarum decurrentem albam faſciolam, ſingulaque hæc ornamenta nigreſcente quaſi margine obumbrantur.

Num. 13. & 14. Alæ anticæ hujus Papilionis ex parte fuſcæ, albis maculis & margine nigro variæ ſunt, reliqua parte rufæ. Poſticæ itidem aliquantum rufæ, inde cinereo griſeæ nigris maculis variantur, deinceps ſubluteæ tandem nigro margine, exiguis maculis albis diſtincto, ſuccinguntur. Facies ima non multum diſcrepat. Alæ poſticæ medio albicant nigriſque maculis ornantur, ceterum vero ſubluteæ ſunt. Congener hic Papilio eſt illi, quem Tab. XVII. Num. 11. & 12. exhibuimus, ejuſque quædam varietas.

Num.

taches blanches, mais en revanche il y en a quelques-unes de noires, dont tout une rangée paroît au dedans des taches rouges des ailes antérieures, & une double rangée ſe fait voir au dedans & au dehors des taches ſemblables, dont les ailes poſtérieures ſont marquées. Le deſſous eſt d'un jaune plus foncé que dans le précédent, mais le tacheté en eſt le même, ſi ce n'eſt qu'il y a ici quelques taches de plus.

Num. 31. 32. Nous avons déjà fait voir à la Planche IX. Num. 19. 20. une autre eſpece de ce même Papillon, qui vient du Cap de Bonne eſpérance: le deſſus en eſt d'un brun clair, ayant pluſieurs taches blanches tout au tour, & une plus grande d'un jaune pâle dans ſon milieu: pour le deſſous il ne differe du précédent, qu'en ce que la grande tache du milieu y eſt blanchâtre, & entourée d'un bord noir moins large qu'à l'autre.

PLANCHE TREIZIEME.

Tous les Papillons répréſentés ſur cette Planche ſont originaires de nos colonies d'Amérique.

Num. 1. 2. Petit Papillon coloré de même par deſſous que par deſſus, d'un brun obſcur à veines noires: il porte ſur ſes ailes antérieures deux taches blanches qui ſe réuniſſent en pointe.

Num. 3. 4. Celui-ci eſt d'un noir de jais, mais d'un beau jaune foncé au milieu, deſorte qu'il eſt un peu différent du Num. 7. 8. Pl. VII.

Num. 5. 6. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un brun obſcur, rayé de noir: ſur le milieu de ſes ailes regne une tache large, qui finit au bas en pointe, elle eſt d'un jaune foncé juſqu'aux ailes poſtérieures, mais enſuite toute blanche: le côté oppoſé eſt d'un rouge couleur de chair, les taches qui ſont au haut ſont orangées & celles du bas toutes blanches: tout près du corps il y a nombre de rayes noires des deux côtés, & les bords des ailes ſont ornés de quelques taches blanches environnées de croiſſans noirs.

Num. 7. 8. Celui-ci eſt d'un gris cendré uni, ayant ſeulement quelques taches blanches le long des bords de ſes ailes, & un tour brun qui les environne, lequel eſt plus foncé par deſſous que par deſſus.

Num. 9. 10. Le deſſus de ce Papillon eſt brun à veines noires & orné de deux taches de verd céladon. Le deſſous en eſt d'un gris de cendre clair, joliment rayé de brun & orné de deux taches jaunes tout près des pointes des ailes poſtérieures, ſur ces mêmes ailes l'on voit quatre petits yeux bleus, ayant chacun une demi-lune de couleur d'orange, qui l'entoure.

Num. 11. 12. Le deſſus de celui-ci eſt pareillement d'un brun obſcur à veines noires. Les deux taches du milieu ſont d'un jaune foncé vers le haut, & blanches vers le bas, mais tellement, que le blanc, qui commence de la partie poſtérieure entre dans le jaune du haut en pyramide oblique: l'envers en eſt d'un jaune mêlé, chargé au milieu de deux taches blanches & obliques, & pluſieurs autres ſur le devant, toutes entourées d'un petit bord noirâtre: tout au tour des ailes regne une bandelette blanche.

Num. 13. 14. Les ailes antérieures de ce Papillon ſont en partie brunes, tachetées de blanc, & bordées de noir, & en partie rouſſes. Ses ailes poſtérieures ſont pareillement un peu rouſſâtres, enſuite d'un gris de cendre tacheté de noir, plus loin jaunâtres, & enfin terminées par un bord noir marqué de petites taches blanches: Le deſſous n'en differe guères, mais les ailes poſtérieures ſont ici blanches au milieu, avec des taches noires, le reſte en eſt jaunâtre. Ce Papillon n'eſt qu'une variation de celui des Num. 11. & 12. de la Pl. VI.

N. 15.


Tab. XIII.
N.1.
3.
4.
2.
5.
7.
8.
6.
9
11.
12
10.
13.
15.
17.
14.
16.
18.
19.
21.
23.
20
22.
24.
25.
26.


N° 1.
4.
2.
6.
3.
5.
12.
7.
8.
9.
11.
10.
18.
13.
14.
17.
15.
16.

Num. 15. & 16. Hic facie ſuperiore coracino nigrore infectus duas monſtrat ſanguinei coloris maculas. Ima facie obſcure fuſcus, nigris quaſi venulis & arantii coloris maculis ſuperbit.

Num. 17. & 18. Superne ſature flavus Papilio, nigroque margine fimbriatus, duas cuique alæ anticæ adlitas gerit maculas nigricantes. Averſa ſede per alas anticas flavor regnat paulo profundior; prope corpus tamen rubent, pauloque altius quatuor apparent maculæ cuſpidatæ, nigræ, quas excipit macula minuta, orbiculata, griſea. Extremitates harum alarum maculæ ornant veluti ſquamoſæ, flavedinem diſtinguentes, quas margo niger, treſque maculæ griſeæ tandem ſuccingunt. Alæ poſteriores ex fuſco flavicant, griſeiſque maculis & fimbria nigra ſquamoſa variantur.

Num. 19. & 20. Papilio utrinque eleganter fuſcus, facie ſuperiore maculis aliquot lineiſque nigris variatur, facie averſa duabus pingitur ſtriis nigris & griſeis, quæ transverſo per alas ductu in ſe mutuo coëunt. Ceterum & maculæ quædam, ocelli ac ſtriæ candidæ alas poſticas ornant.

Num. 21. & 22. Concolor hic priori eſt facie ſuperna: at inverſus eo differt, quod ſtriæ nigræ & griſeæ non plane trajiciant alas, ſed ſingulæ in ſingulis alis terminentur. Griſei quoque ocelli extremis alarum anticarum impreſſi ſunt; dum alæ poſticæ unam modo ſeriem griſearum macularum exhibent, ſub qua undulata quædam pictura ex nigro & griſeo cernitur.

Num. 23. & 24. Utraque hujus facies ſimilem in modum colorata & picta eſt. Area ex flaveſcente rufula eſt. Apices alarum anticarum ſingulos macula arantii coloris ornat. Prope corpus ſupra & infra ſaturate viridis tonus reſplendet. Inſuper & nigris aliquot maculis alæ diſtinguuntur.

Num. 25. & 26. Hic Papiliunculus ſupra læte cæruleus & ex nigro pictus eſt; infra autem, profunde arantium colorem nigræ maculæ & lituræ exornant.

TABULA QUARTA ET DECIMA.

Omnes iſtæ Papilionum diurnorum ſpecies, exceptis, quæ Num. 13, 14, 15, & 16. exhibentur, ex inſulis Philippinis allatæ ſunt.

Num. 1. & 2. Spadiceo uſtulatarum inſtar fabarum Caffé colore hic non minus, quam ceteri omnes qui ſequuntur, Papiliones, perfuſus eſt. Superne tamen aliquæ comparent venulæ nigræ, alarumque poſticarum extremitates ex albo imbricatæ ſunt. Ima facies, ſimiliter picta, circumambiente quadam ſerie ocellorum, qui ex flavo & nigro verſicolores centro albo nitent, inſuper ornatur.

Num. 3. & 4. Priori concolor eſt, at facie ſuperiore aliquot ejusmodi ocelli cernuntur. Facies inferior eo differt, quod ocelli quatuor alarum anteriorum ſimpliciter nigri ſint albaque macula diſtincti, nec, niſi quos alæ poſteriores gerunt, flavo nigroque ambitu ac centro albido, uti ſupra diximus, gaudeant.

Num. 5. & 6. Oblongi ocelli, utramque faciem hujus Papilionis exornantes, ex rufo & nigro circulati, centrum album habent. Ima facie ſex præterea maculæ albidæ nonnullæque lividæ viſuntur.

Num.

Num. 15. 16. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un noir de jais. & orné de deux taches couleur de ſang: le deſſous en eſt d'un brun obſcur orné de veines noires & de taches de couleur d'orange.

Num. 17. 18. Ce Papillon eſt d'un jaune foncé par deſſus, & entouré d'un bord noir: il porte deux petites taches noires ſur chaque aile antérieure: quand on le renverſe on voit un jaune plus obſcur ſur ſes ailes antérieures, elles ſont cependant rouges près du corps; & on voit un peu plus haut quatre taches noires pointuës, ſuivies d'une cinquieme ronde de couleur griſe: les extrémités de ces mêmes ailes ſont ornées de taches jaunes en forme de coquilles, & enfin bordées par un tour noir accompagné de trois taches griſes: ſes ailes poſtérieures ſont d'un brun jaunâtre, & ont quelques taches griſes, & un bord noir en coquille.

Num. 19. 20. Ce Papillon eſt d'un beau brun tant par deſſous, que par deſſus; mais le deſſus en eſt marqué de quelques taches & rayes noires, & le deſſous eſt traverſé par deux rayes noires & griſes, qui vont ſe joindre enſemble: on voit de plus ſur les ailes poſtérieures des taches de petits yeux, & des rayes blanches.

Num. 21. 22. Celui-ci eſt de même couleur que le précédent, quand au deſſus: mais le deſſous en differe en ce que les rayes griſes & noires ne traverſent pas tout-à-fait ſes ailes, mais y reſtent comme interrompues: on voit de plus des petits yeux gris ſur les extrémités des ailes antérieures, pendant que les ailes poſtérieures ne font voir qu'un rang de taches griſes, au deſſous deſquelles il y a quelques traits ondulés noirs & gris.

Num. 23. 24. Ce Papillon eſt ſemblable des deux côtés, tant pour les couleurs, que pour le deſſein: le fond en eſt d'un roux jaunâtre, & les pointes des ailes antérieures ſont ornées chacune d'une tache de couleur orange: près du corps tant par deſſous, que par deſſus, l'on voit un reflet d'un verd foncé & quelques taches noires ſur les ailes.

Num. 25. 26. Ce petit Papillon eſt d'un beau bleu pour le fond du deſſus & peint de noir, quand on le tourne, on voit un fond orange foncé, orné de taches & d'autres marques noires.

PLANCHE QUATORZIEME.

Tous les différens Papillons de jour qu'offre cette Planche, ont été apportés des iſles Philippines, excepté ceux des Num. 13. 14. 15. & 16.

Num. 1. 2. Le fond de ce Papillon, comme auſſi de tous les ſuivants eſt d'un brun couleur de caffé. On y voit ſur le deſſus quelques veines noires: les extrémités des ailes poſtérieures ſont marquées de blanc: l'envers en eſt peint de même, mais on y voit de plus un cercle de petits yeux jaunes & noirs, qui ont un point blanc à leur centre.

Num. 3. 4. Celui-ci eſt de même couleur que le précédent, mais ici le deſſus eſt orné de ces petits yeux, & le deſſous en differe en ce que les quatre petits yeux des ailes antérieures ſont ſimplement noirs, & ont une tache blanche, mais ceux des ailes poſtérieures ont les mêmes couleurs que le précédent, ſçavoir le tour jaune & noir, & le milieu blanc.

Num. 5. 6. Les petits yeux en ovale de ce Papillon, tant par deſſous que par deſſus, ſont rouſſâtres & ceints de noir, ayant le milieu blanc: l'envers offre de plus ſix taches blanches, & quelques autres de couleur plombée.

Num. 7. & 8. Spadiceus color hujus aliquanto magis in rufum vergit. Majores minoresque ocelli, annulo griseo cincti, in area, ceterum nigricante, punctum album monstrant. Circa medium alarum aliquot maculæ ex rufo griseæ habentur. Ima facies non discrepat, nisi quod medium ex fusco rubeat.

Num. 9. & 10. Et heic ocelli ex rufo & nigro annulati puncto albo nitent. Spadiceus color griseis distinguitur maculis, curvis, linearibus.

Num. 11. & 12. Papilio facie supina fuscus, nigris striis pictus, lineam monstrat transversalem, dilute griseam & nigram, in singulis alis. Facie prona nigri emicant ocelli, centro albo ornati. Alarum posticarum apices albas præ se ferunt maculas semiorbiculares.

Num. 13. & 14. Sinensis Papilio superne fuscus, ex languide luteo maculatus, in alis posticis elegantissime cærulea superbit macula fimbriaque pallide flavente. Infra ex rufo cinereus color extremitates alarum anticarum, mediam sedem albus, cæruleus & ruber, interstitis lineolis nigricantibus, partem posteriorem cæruleus, atque a latere ocelli duo rubicundi, centro albo distincti exornant. Alæ posticæ, ex rufo cinereæ, apparatu nigro obumbrantur.

Num. 15. & 16. Sinensis iste Papilio alas anticas fusco pigmento infectas gerit, cinereisque maculis ac binis ocellis rubentibus insignes. Posticæ cæruleæ, ocellis rubris ac fimbria fusca rufaque, striata, distinguuntur. Aversa facies, ex rufo grisea, ocellis ex rubro annulatis maculisque cum rubris, tum cæruleis, late striatis, per alas anticas sparsis nitet.

Num. 17. & 18. Ex insulis Philippinis oriundus Papilio supra infraque fuscus est ac nigris striis griseaque & nigra linea transversali distinctus. Alæ anticæ ima facie minutos monstrant ocellos nigros, albis punctis varios. Posticarum ocelli paulo grandiores sunt, nigri albique & ex luteo circulati.

TABULA QUINTA ET DECIMA.

Omnes hi Papiliones Americani sunt.

Num. 1. & 2. Facies hujus supina ex helvo fusca, tæniam latam, flavescentem, per ambo alarum paria decurrentem ostendit. Prona facies, quæ purpurascens est, tænia lata saturate flava picta apparet.

Num. 3. 4. 5. 6. metamorphosis hujus speciei exhibetur. Eruca nigra est, striis latis dilute flavis in quovis annulo picta, capite itidem pedibusque & cauda flaventibus. Nympha nigra fasciolis ornamentisque saturate flavis variatur. Facies supina Papilionis subfusca est. Apices alarum anticarum duæ ornant maculæ albæ, interque has oculiformis orbiculus niger, centro albo. Linea transversalis, latiuscula, saturate flavicat. Alæ posticæ marginem similiter flavum habent ac binas maculas ovatas, nigras, tenui fimbriola alba cinctas. Prona facie fuscus regnat color nigro variatus. Apices alarum anticarum nigrum gerunt ocellum ex albo annulatum, ac prope hunc maculam subluteam, trigonam. Alis posticis quatuor insident maculæ rotundæ, rufulæ, albida singulæ lunula & circulo nigro ambiente donatæ.

Num.

Num. 7. 8. Le fond brun de ce Papillon tire un peu plus sur le roux, & les yeux, tant grands que petits, ont un fond noir entouré d'un cercle gris, & sont marquées d'un point blanc. Vers le milieu des ailes l'on remarque quelques taches d'un gris roux: le dessous n'en differe, qu'en ce qu'il est d'un rouge brun au milieu.

Num. 9. 10. Les petits yeux sont ici de même roussâtres, entourés d'anneaux noirs, & marqués d'un point blanc: l'on voit en outre sur un fond brun plusieures petites taches courbes & rayées.

Num. 11. 12. Le dessus & le dessous de ce Papillon brun rayé de noir, montre sur chaque aile une raye transversale noire & d'un gris clair; au revers on voit quelques petits yeux noirs, qui ont un point blanc au milieu: les pointes des ailes postérieures laissent appercevoir des taches blanches demi-circulaires.

Num. 13. 14. Ce Papillon vient de la Chine; il est brun par dessus, & tacheté d'un jaune pâle; ses ailes postérieures sont parées d'une tache d'un très beau bleu, & d'un bord d'un jaune pâle. L'envers des extrémités de ses ailes antérieures est d'un gris roux, & leur milieu est blanc, bleu & rouge, parsemé de petites rayes noires: le bas ou derriere en est bleu, & porte sur ses côtés deux petits yeux rougeâtres marqués d'un point blanc: les ailes postérieures sont ici d'un gris de cendre un peu roussâtre, & marquées de traits noirs.

Num. 15. 16. Les ailes antérieures de ce Papillon Chinois sont teintes de brun, & ornées de petites taches de couleur cendrée & de deux petits yeux rouges. Les ailes postérieures sont bleuës, marquées de petits yeux rouges, & entourées d'un bord rayé de brun & de roux: L'envers en est d'un fond gris roussâtre, orné de petits yeux bordés de rouge, & de taches larges rayées tant rouges que bleues, qui sont comme semées sur les ailes antérieures.

Num. 17. 18. Ce Papillon des Isles Philippines est brun par dessous & par dessus & marqué de quelques traits noirs & d'une ligne noire & grise transversale: Ses ailes antérieures sont marquées en dessous de quelques petits yeux noirs à points blancs, & ses ailes postérieures en ont de plus grands de même couleur mais cerclés de jaune.

PLANCHE QUINZIEME.

Tous ces Papillons sont originaires de l'Amérique.

Num. 1. 2. Le dessus de ce premier est d'un brun fauve, chargé d'une large bande jaunâtre, qui regne sur ses quatre ailes: Le dessous est d'une couleur tirante sur le violet, & la bande prend ici une couleur jaune foncée.

Num. 3. 4. 5. 6. C'est la métamorphose de cette espece. La Chenille est noire ayant sur tout ses anneaux des rayes larges d'un jaune clair: Sa tête, ses pieds & le derrière de son corps sont pareillement jaunes: Sa Nymphe est noire, ornée de bandelettes & d'autres marques d'un jaune obscur. Le dessus du Papillon même est brun: & sur les pointes de ses ailes antérieures brillent deux petites taches blanches, & un petit œil noir à point blanc. La raye large & transversale est d'un jaune foncé: ses ailes postérieures ont un bord pareillement jaune, & deux petites taches noires ovales, ceintes d'un petit bord blanc: le fond du dessous de ce Papillon est brun, avec quelques marques noires, & les pointes de ses ailes antérieures sont ornées d'un petit œil noir bordé de blanc, avec une marque jaunâtre & triangulaire tout à côté: sur ses ailes postérieures sont quatre taches rondes & roussâtres ayant chacune un petit croissant blanc, & un cercle noir qui l'entoure.

N. 7.

N° 1.

2.

4.

5.

6.

3.

7.

8.






N. 1.
2.
6.
3.
4.
5.
7.
8.
9
10.
11.

Num. 7. & 8. Spadicei coloris Papilio, alarum anticarum apicibus inſcriptam gerit maculam grandem, rotundam, griſeam, ex nigro guttatam. Earumdem medium quoque ex griſeo albeſcit, nigroque margine ſuccingitur. Inde duæ ſe protendunt tæniæ latæ, medio dilute, extremis profunde luteæ. Reliqua parte linea cernitur nigra ac ſubtilis quædam undulata adumbratio. Alas poſticas profunde lutea ornat tænia. Prona alarum anticarum facie duæ decurrunt faſciolæ latae, dilute flaventes, ſaturatiores qua per poſticas alas feruntur. Ceterum ocelli comparent nigricantes, annulo albo circumdati, colorque ſpadiceus ſubtili pictura nigra diſtinguitur.

Num. 9. 10. 11. Eruca hujus Papilionis fuſca eſt, ex luteo lemniſcata, capite, cauda & pedibus quoque luteis. Papilionis ſupina facies, ad usque tæniam latam, gilvo nigreſcentem, ex rufo fuſca eſt. Inde pars reliqua alarum flaveſcit, gracilique margine gilvonigreſcente cingitur. Similiter & flavedinem, qua pars anterior alarum anticarum tingitur, gilvonigreſcens pictura concludit. Prona facies aliquanto magis in rufum vergit, albisque maculis & annulis nigris, alba lunula decoris, ornatur. Apices alarum anticarum itidem maculam monſtrant latam, arantii coloris, nigramque aliam orbicularem, alba lunula inſignem.

Num. 12. 13. 14. Eruca dilute fuſca, eſt ſordide luteis faſciolis, capite, cauda & pedibus. Papilio ex rufo rubens, quaſi purpuraſcit. Alis anticis inſcripta macula lata, arantii coloris, quæ facie averſa ſordide flavet. Hac ſede etiam magis in fuſcum tendit color, ocellique albidi, ex nigro annulati, conſpiciuntur.

TABULA SEXTA ET DECIMA.

NUM. 1. & 2. Telluri, quam Miſſiſipi fluvius alluit, venuſta iſthæc Phalæna debetur. Nigrum ejus colorem in alis anticis duæ exornant ſtriæ latæ, cæruleæ, itemque partem illarum anteriorem, prope primores pedes, quæ nigris inſuper lineolis picta eſt. Alæ poſticæ faſcia primum ſuperbiunt lata, ambiente, utrinque cæruleſcente, deinde alia cærulea, nigris punctis diſtincta. Prona facies partim nigrore ſuffuſa eſt, reliqua parte ſordide viret.

Num. 3. & 4. Papiliunculus diurnus ſubfuſcus, areolis albis transparentibus. Facies prona pallidius fuſca eſt. Series macularum albarum, alas poſticas utraque facie ornans, atro pigmento inſidet. Guineenſis eſt.

Num. 5. 6. 7. Eximii huius Papilionis eruca fuſca eſt. Alæ anteriores, ſuperne dilute fuſco luteoque colore tinctæ, maculis longis, cuſpidatis, profunde fuſcis variantur. Caput eleganter rubet. Alæ poſteriores dilute flavent ex ſubnigro maculatæ. Ima facie alæ priores dilutius fuſcæ, quaſi helvæ, ſimiles maculas acuminatas, at paulo magis helvas, oſtentant. Alæ poſticæ, itidem hac ſede ex gilvo dilute fuſcæ, utcunque flaveſcunt, maculis variæ nigreſcentibus, pone quarum ſeriem poſtremam reliqua ſuperficies dilute flaveſcit. Pectus papilionis alæque anticæ,

Num. 7. 8. Le fond de ce Papillon eſt un brun châtain: ſur les pointes de ſes ailes antérieures paroît une grande tache ronde & griſe mouchetée de noir : le milieu de ces mêmes ailes eſt pareillement d'un gris blanchâtre, & entouré d'un bord noir : enſuite l'on voit deux bandes larges d'un jaune clair au milieu, & d'un jaune plus foncé vers les extrémités: ſur le reſte il y a une raye noire & quelques traits légers ondulés, les ailes poſtérieures font ornées d'une bande d'un jaune obſcur, les deux bandelettes larges du deſſous des ailes antérieures ſont d'un jaune clair, plus foncé ſur les ailes poſtérieures. L'on y voit auſſi de petits yeux noirs entourés d'anneaux blancs, & une legére ombre noire ſur un fond brun.

Num. 9. 10. 11. La Chenille de ce Papillon eſt brune, & ſes anneaux ſont jaunes, de même que ſa tête, ſa queuë & ſes pieds. Le deſſus du Papillon même eſt d'un brun rouſſâtre, juſqu'à la bandelette large de noir fauve, qui ſuit: le reſte des ailes eſt jaunâtre entouré d'un bord étroit, noir fauve. Le devant des ailes antérieures eſt pareillement jaune & bordé par des traits d'un noir fauve: le deſſous en eſt encore un peu plus rouſſâtre, & ſe trouve orné de taches blanches, & d'anneaux noirs ſurmontés de petits croiſſants blancs: les pointes des ailes antérieures font voir pareillement chacune une tache large de couleur d'orange, & une ſeconde noire & ronde, ornée d'une demi-lune blanche.

Num. 12. 13. 14. Cette Chenille eſt d'un brun clair, à anneaux d'un jaune ſale, qui eſt auſſi la couleur de ſa tête, de ſa queuë & de ſes pieds. Le Papillon en eſt rouſſâtre tirant plus ou moins ſur le violet: ſes ailes antérieures ont une tache large de couleur orange, laquelle paroît d'un jaune ſale ſur le revers: le reſte de ce côté tire davantage ſur le brun, & on y voit quelques petits yeux blancs à anneaux noirs.

PLANCHE SEIZIEME.

Num. 1. 2. Nous devons cette jolie Phalene au pays arroſé par le fleuve de Miſſiſſipi: le fond en eſt noir: deux rayes larges & bleuës ornent ſes ailes antérieures, & leur partie antérieure, près des pieds de devant, qui eſt de plus marquée de quelques traits noirs. Ses ailes poſtérieures ſont parées d'abord d'une bande large un peu bleuâtre qui les entoure, & enſuite d'une ſeconde bande bleuë à points noirs. L'envers eſt en partie teint de noir, & pour le reſte d'un verd ſâle.

Num. 3. 4. Ce petit Papillon de jour eſt d'un brun, qui laiſſe entrevoir quelques petits endroits tout blancs. Le deſſous eſt d'un brun plus pâle. Une ſuite de taches blanches, qu'on voit à chaque ſurfaces de ſes ailes poſtérieures, eſt toute enchaſſée dans du noir. Ce Papillon vient de la côte de Guinée.

Num. 5. 6. 7. La Chenille de ce ſuperbe Papillon eſt brune, & ſes ailes antérieures ont le deſſus teint d'un brun clair & d'un jaune ſemblable entremêlé de quelques taches longues & pointuës d'un brun obſcur: ſa tête eſt d'un beau rouge, & ſes ailes poſtérieures ſont d'un jaune clair parſemé de taches noirâtres: le deſſous ou l'envers de ſes ailes antérieures eſt d'un brun un peu terne, & fait voir les mêmes taches que le deſſus, mais leur couleur eſt pareillement un peu moins vive, le deſſous de ſes ailes poſtérieures eſt pareillement d'un brun terne, & tant ſoit peu jaunâtre, ayant pluſieurs rangs de taches noirâtres: après la derniere rangée le reſte du fond devient jaune clair. Sur la poitrine de ce Papillon de même que ſur ſes ailes antérieures à l'endroit où elles ſont attachées au corps, paroiſſent quatre taches rondes

ticæ, qua pectori committuntur, maculis quatuor rotundis, ſanguinei coloris, ſuperbiunt. Elegantiſſimum animalculum Amboina allatum eſt.

Num. 8. & 9. Altera ſpecies Papilionis Guineenſis num. 3. & 4. Color facie ſupina paulo obſcurior eſt, maculæque tranſparentes nigrore veluti obnubilantur. Alarum ambitum ſeries nigrarum macularum fimbriat. Averſa facie color ex luteo fuſcus eſt, oræque alarum albidas ſuas maculas nigrore circumdant.

Num. 10. & 11. Bataviæ Indorum natus hic Papilio ex gilvo fuſcus, nigrisque venulis pictus eſt. Alæ poſticæ ſuperne plurimas monſtrant lineolas albidas, denſe ſtipatas. Prona facies, itidem ex gilvo fuſca nigrisque venulis varia, media ſede prope corpus animalculi, amœno rubore emicat, alasque poſteriores venuſtis maculis nigris inſignes exhibet.

TABULA SEPTIMA ET DECIMA.

Quotquot hac tabula exhibentur, Papiliones diurni, multum diverſi atque oppido ſingulares, ex colonia Surinamenſi oriundi ſunt.

Num. 1. 2. 3. Eruca hujus dilute fuſca, minutis ramulis virentibus hiſpida, ſylvulæ ſpeciem venuſto hoc apparatu refert. Papilionis ſupina facies, dilute fuſca, ſubtili pictura nigra variatur. Alas anticas duo ornant velut oculi, grandes, arcu nigro alboque plusquam ſemicirculari efformati. Verſus extremum alarum ſeries macularum albarum conſpicitur. Averſa facies prope ſimilem in modum comparata eſt, niſi quod alæ poſticæ, media ſede, duas inſuper gerant lineas albas, curvas.

Num. 4. & 5. Ex *Ephebor um* genere Papiliunculus hic quadripinnis, ſaturate cyaneo colore perfuſus, per ambitum alarum extanteſque proceſſus nigricat. Prona facies pallide flavet griſeisque & rubris lineolis ac maculis ornatur. Alarum anticarum exochæ nigræ ſunt.

Num. 6. & 7. Papiliunculus alis anguſtis, helvo nigreſcentes fimbrias maculaſque oſtentat. Alæ anticæ, dilute flavæ, prope corpus paulum rubent. Ex rufo luteæ etiam ſunt poſticæ. Averſa facie oræ alarum itidem ex helvo nigreſcunt. Alæ poſticæ ex rufo ſaturate flavicant, uti & anticæ ad uſque maculam gilvo nigram. Pars reliqua dilute flavet.

Num. 8. & 9. Facies ſupina alarum anteriorum maximam partem nigra eſt, dilute luteis maculis varia. Poſteriores dilute luteæ in oram nigram deſinunt. Facie averſa alæ anticæ dilutam, poſticæ ſaturam monſtrant flavedinem.

Num. 10. & 11. Ex *Ephebor um* genere tripinnis Papiliunculus, facie ſuperiore, inſtar prioris Num. 4, ſaturate cyaneus eſt, ex nigro fimbriatus. Ima facie languide flavens, helvo nigreſcentibus lineis oriſque variatur.

Num. 12. 13. 14. Eruca dilute flava quinque ſeriebus ſpinarum acutarum, rufularum, piliſque horret. Papilio, facie ſuperna ſubfuſcus, media ſede elegantem vibrat tonum dilute cæruleum; in ambitu permultæ cernuntur maculæ flaveſcentes, cum rotundæ, tum aliter figuratæ, quas

des d'un rouge couleur de ſang. Ce beau Papillon vient d'Amboine.

Num. 8. & 9. Ici eſt une ſeconde eſpece du Papillon de Guinée repréſenté aux Num. 3. & 4. La couleur du deſſus eſt un peu plus obſcure, & ſes taches tranſparentes ſont comme enduites de noir; de plus ſes ailes ſont entourées d'un bord de taches noires. La couleur du deſſous eſt d'un brun jaunâtre, & les bords de ſes ailes ſont tous noirs & marqués de taches blanches.

Num. 10. & 11. Ce Papillon eſt originaire de Batavia, ſa couleur eſt d'un brun fauve à veines noires, & le deſſus de ſes ailes poſtérieures fait voir nombre de petites rayes blanches fort ſerrées. Leur envers eſt de même couleur que le deſſus, orné pareillement de veines noires; mais on y voit dans le milieu & tout près du corps une belle couleur rouge: les ailes poſtérieures ſont ornées de très belles taches noires.

PLANCHE DIX-SEPTIEME.

Tous les Papillons de jour de cette Planche, parmi leſquels on remarque beaucoup de variété & de ſingularité, nous viennent de la colonie de Surinam.

Num. 1. 2. 3. La Chenille de celui-ci eſt d'un brun clair, & toute couverte fort ſinguliérement de petits arbriſſeaux verdâtres, plantés en forme d'un bois taillis. Le deſſus du Papillon même eſt d'un brun clair, orné de petits traits fins & noirs: ſur ſes ailes antérieures ſont deux eſpeces de petits yeux formés par un arc noir & blanc un peu plus que demi-circulaire. Un peu plus vers les extremités de ces ailes découvrt une rangée de taches blanches: l'envers eſt à-peu-près ſemblable, excepté qu'on y voit de plus ſur le milieu des ailes poſtérieures deux lignes blanches & courbes.

Num. 4. & 5. Ce petit Papillon Page à quatre queuës eſt d'un bleu foncé & obſcur, ayant le tour de ſes ailes & ſes quatre pointes toutes noires: ſon revers eſt d'un jaune pâle, orné de petits traits griſâtres & rouges, & les pointes de ſes ailes antérieures ſont noires.

Num. 6. & 7. Ce Papillon à ailes étroites fait voir des taches & des bords d'un noir terne: ſes ailes antérieures ſont d'un jaune clair, & un peu rougeâtres près du corps. Ses ailes poſtérieures ſont pareillement d'un jaune rouſſâtre. L'envers fait voir les bords des ailes, auſſi d'un noir terne, & les ailes poſtérieures d'un jaune foncé tirant ſur le roux, ce qui à lieu de même ſur les ailes antérieures juſqu'à leur bord noir. Le reſte eſt d'un jaune clair.

Num. 8. & 9. Le deſſus des ailes antérieures de ce Papillon eſt preſque tout noir, relevé de taches d'un jaune clair: ſes ailes poſtérieures ſont d'un jaune clair, & ſe terminent par un contour noir. Le deſſous de ſes ailes antérieures eſt d'un jaune clair, & celui des ailes poſtérieures d'un jaune foncé.

Num. 10. & 11. Ce petit Papillon Page à trois queuës eſt peint par deſſus comme celui du N. 4, ſçavoir d'un bleu foncé & obſcur bordé de noir: le deſſous eſt d'un jaune pâle marqué de traits & de bords d'un noir terne.

Num. 12. 13. 14. Cette Chenille eſt d'un jaune clair, garnie de cinq rangs de piquants aigus & rouſſâtres, & toute veluë. Le deſſus du Papillon eſt jaunâtre, & réfléchit du centre un beau rayon d'un bleu clair, tout au tour paroiſſent des taches jaunâtres rondes & autres, entourées comme d'un petit croiſſant noir. Son revers eſt brun, & les extrémités de ſes ailes poſtérieures ſont un peu plus rouſſâtres: les taches qui ſont ſur le devant de ſes ailes antérieures ſont blanches, & entourées de noir: ſur le derrière de ces mêmes ailes ſe voyent pluſieurs taches rondes & allongées, blancheâtres & cou-

Tab. XVII.

4. 2. 5.

6. N.º 1. 7.

3.

8. 9.

10. 13. 11.

15. 16.

12.

14.

17. 18.


2.
4.
5.
N.° 1.
6.
7.
3.
8.
9.
15.
10.
11.
12.
14.
13.
16.
17.
18.

quas nigra veluti lunula circumdat. Prona facies fuſca eſt, extremis alarum poſticarum paulo magis rubentibus. Quæ priorem alarum anticarum partem ornant, maculæ albidæ nigrore circumdantur: parte poſteriore complures habentur maculæ oblongo rotundæ, albentes, at lineolis gilvis obumbratæ. Maculæ oculiformes rufæ ac nigræ ſunt, centro albido. Reliqua ſubtilis pictura lineæque venularum inſtar decurrentes nigreſcunt.

Num. 15. & 16. Supina hujus facies venuſte fuſca eſt, ex albo maculata. Alarum margines ac fines ſaturatius infuſcati. Prona facie alæ anteriores ſature & dilute fuſcæ, cinereo griſeis maculis diſtinguuntur: poſteriores languide virent, ocellis fuſcis maculiſque variæ.

Num. 17. & 18. Dimidia pars hujus Papilionis, quæ inde a medio alarum anticarum per poſticas excurrit, ſaturata flavedine ſuperbit. Apices alarum anticarum, fuſci, maculis magnis, parvis, flaveſcentibus, variantur. Margines poſticarum ex nigro imbricati, maculas inſuper fuſcas, exiguas, monſtrant. Averſa facies ſature flava cinereis maculis, nigriſque guttis & punctis quamplurimis diſtinguitur.

TABULA OCTAVA ET DECIMA.

NUM. 1. 2. 3. Præſtantiſſimi hujus Papilionis eruca fuſca eſt, parte corporis poſtica dilute carnei coloris. Rigidæ, quibus horret, ſpinæ concolores ſunt. Facies Papilionis ſupina fuſco nitet colore, nigris venulis vario. Medio quatuor alarum duæ inſident maculæ obliquæ, latæ, cæruleæ, nitoris venuſtiſſimi, infra coëuntes, quibus alia inſuper macula minor, orbicularis, concolor præpoſita eſt. Averſa facies, elegantiſſime flavicans, albis lineolis, quibus linea nigra a latere adſtat, diſtinguitur. Hæc ſpecies ceteræque omnes, quæ ſequuntur, in variis Americæ regionibus inveniuntur.

Num. 4. & 5. Alarum anticarum facies ſuperna heic ex flaveſcente albicans maculam nigram oſtendit, apicesque ſaturate fuſcos ex luteo maculatos. Alæ poſticæ albicant, lataque fimbria fuſca, cujus parti anteriori lutea macula inſcripta eſt, terminantur. Nec abſimilis eſt inferna facies, niſi quod plures maculæ luteæ fimbrias fuſcas, quibus alæ ambiuntur, exornent.

Num. 6. & 7. Papiliunculus hic alis anguſtis, ſature ac dilute flavus, fuſcis maculis linearibus variatur. Apices alarum anticarum fuſci ex luteo maculantur. Poſticarum ora quoque fuſca eſt. Ima facies vix admodum abludit; alæ poſticæ aliquot modo maculas fuſcas inſuper monſtrant.

Num. 8. & 9. Ex flaveſcente albicans color, margine fuſco cinctus, faciem ſuperiorem ornat, alis anticis tamen poſticas flavedine ſuperantibus. Ima facie margo alarum pallide rufi coloris eſt ac dilute luteis maculis pictus.

Num. 10. & 11. Quem tabula præcedens num. 15. & 16. exhibet, Papilio huic geminus eſſe videtur: colores tamen, pronæ præſertim faciei, longe ſaturatiores ſunt, maximeque viror alarum poſticarum. Quæ quidem differentia ſæpe ex eo naſcitur, quod alius præ alio magis minuſve, dum viveret, volatu ſeſe exercuerit.

Num. 12. & 13. Papiliunculus dilute fuſcus quatuor oſtentat maculas grandes, albas, ceteras

couvertes de petites rayes fauves: les petites taches en forme d'yeux ſont rouſſâtres & noires, blanches au milieu: le reſte des petits traits & autres marques en forme de veines, eſt tout noir.

Num. 15. & 16. Le deſſus de ce Papillon eſt d'un beau brun, tacheté de blanc, ayant les bords & les extrémités d'un brun plus foncé: l'envers de ces ailes antérieures eſt d'un brun foncé & clair, marqué de taches d'un gris cendré: les ailes poſtérieures ſont d'un verd pâle orné de petits yeux & de taches brunes.

Num. 17. & 18. La moitié de ce Papillon, priſe du milieu des ailes antérieures juſqu'au centre des poſtérieures, eſt d'un beau jaune foncé: les pointes des ailes antérieures ſont brunes ornées de taches jaunâtres grandes & petites: les bords des ailes poſtérieures ſont noirs, taillés en coquille & chargés de quelques petites taches brunes: le deſſous eſt d'un jaune foncé, orné de taches de couleur cendrée, & de nombre de points & autres petites marques noires.

PLANCHE DIX-HUITIEME.

Num. 1. 2. 3. LA Chenille de ce Papillon magnifique eſt brune, & le derrière de ſon corps eſt de couleur de chair clair, de même que les piquants roides, dont elle eſt garnie. Le deſſus du Papillon même eſt brun à veines noires, & au milieu de ſes quatre ailes brillent deux taches obliques & larges d'un bleu très luiſant, qui vont ſe joindre vers le bas, & au deſſus deſquelles on voit de chaque côté une autre tache plus petite & ronde de même couleur. Le revers en eſt d'un très beau jaune, orné de petites rayes blanches, qui ont une ligne noire ſur le côté. On trouve cette eſpece de même, que toutes les ſuivantes, dans les diverſes contrées des Indes Occidentales.

Num. 4. & 5. Le deſſus des ailes antérieures de ce petit Papillon eſt d'un blanc jaunâtre, orné d'une tache noire, avec les extremités d'un brun foncé tacheté de jaune: ſes ailes poſtérieures ſont blanches & entourées d'un bord large & brun, ſur le devant duquel ſe voit une tache jaune: l'envers en eſt à-peu-près de même, à l'exception des bords qui entourent les ailes, où l'on remarque quelques taches jaunes de plus.

N. 6. 7. Le petit Papillon à ailes étroites, repréſenté à ces Numeros, eſt jaune, tacheté & rayé de brun; les extremités des ailes de deſſus ſon brunes, marquées de petites taches jaunes; le contour des ailes poſtérieures eſt pareillement brun. Le revers des ailes eſt peu different, qu'en ce que les ailes poſtérieures y ſont encore tachetées de brun.

Num. 8. & 9. Tout le deſſus de celui-ci montre un blanc jaunâtre entouré d'un bord brunâtre; les ailes antérieures ſont encore plus foncées que les poſtérieures: le bord des ailes de l'envers eſt d'un roux pâle & marqué de taches d'un jaune clair.

Num. 10. & 11. Le Papillon des Num. 15. & 16. de la Planche précédente paroît être le même que celui-ci; mais les couleurs de celui-ci, & ſur tout celles du deſſous ſont beaucoup plus foncées; & principalement le verd des ailes poſtérieures; cette différence vient ſouvent de ce qu'un Papillon aura plus ou moins volé de ſon vivant.

Num. 12. & 13. Le fond de ce petit Papillon eſt d'un brun clair, orné de quatre grandes taches blanches, & de quelques autres de couleur de plomb: les bords de ſes ailes ſont blanches tachetés de noir: l'envers en eſt tout différent car ſon

ras vero lividas. Oræ alarum albæ ſunt ex nigro variegatæ. Longe diſſimilis eſt averſa facies, quippe ex pallide rufo albicans, plumbi colore obumbrata, gilvoque nigris maculis variata.

Num. 14. 15. 16. Hanc Erucam ſubtiliſſimi tegunt pili, denſe ſtipati, prolixi, virentes, tactu inſtar tomenti molles. Corpus ejus dilute flavum, maculis aliquot dilute fuſcis a latere diſtinguitur. Venuſtus Papilio, media ſede ſupernæ faciei, ad arantium colorem vergit: ſede anteriore griſea velut umbra cernitur: dehinc pars aliqua alarum poſticarum albeſcit: hunc apparatum ſaturatior circumdat color arantius, porroque ambitum alarum, helvo griſeum, maculæ cum orbiculares, tum ſemilunares, arantiæ ornant, ac tandem oram alarum extremam fimbria nigra cingit. Ima facies dilute fuſca eſt, ex dilute griſeo & cinereo maculata. Ocelli heic conſpicui area nigra centrum album includunt, & annulo rubro, itemque alio nigro ambiuntur. Ora alarum ex gilvo nigro picta eſt. Eruca ejusque Papilio Surinamenſes ſunt.

Num. 17. & 18. Elegantiſſimi Papiliunculi facies ſuperior dilute flavicat. Alarum ora pictura nigra ſuperbit. Facies inferior, diluto virore amœna, nigris lineolis punctisque per ambitum alarum diſpoſitis exornatur. Duæ lineæ transverſæ, quaſi umbratiles, ac reliqua pictura, ex fuſco pallent.

TABULA NONA ET DECIMA.

NUM. 1. & 2. Papilio Americanus, ſuperne, colore ſature fuſco tinctus, quatuor maculis albis varius, facie prona ex parte dilute fuſcus eſt, ex albo maculatus, aliisque minoribus, ſanguinei coloris guttis lineisque diſtinctus. Quæ in alis anticis, prope corpus, viſuntur, binæ maculæ colore dilute viridi nitent, eodemque etiam variatæ ſunt duæ illæ maculæ majuſculæ, albæ, alarum poſticarum.

Num. 3. & 4. Hic Papilio illis affinis eſt ſpeciebus, quas Tab. XII. num. 29. & 30. deſcripſimus, at colore tamen & pictura manifeſte diſcrepat; neque etiam loco natali convenire certum eſt. Facies ſuperior fuſca eſt, ex nigro veluti conchata, maculis lunatis ſaturate luteis & nigris, antrorſum vero guttis ex luteo griſeis, duabusque maculis griſeis, angulatis notata. Inferiore facie alæ anticæ parte luteæ, parte fuſcæ, plumbei coloris maculas rotundas tæniasque, ex nigro fimbriatas, oſtentant. Alæ poſticæ, luteo colore pictæ, itidem maculis lividis diſtinguuntur.

Num. 5. & 6. Papilio murino colore, ſtriis aliquot nigris diſtincto, perfuſus, maculas monſtrat grandes, obliquas, albidas, aliasque luteas prope alarum apices, ac denique obſcuriores quasdam minoresque venuſte rubentes. Prona facies luteis, rubris ac dilute plumbeis maculis picta, ſeriebus aliquot macularum candidarum fimbriatur. Surinamenſis eſt.

Num. 7. & 8. Elegans Papilio ex rufo ſpadiceus, nigris ſuperbit marginibus, maculisque ex al-

ſon fond eſt d'un blanc rouſſâtre pâle, ombré de couleur de plomb, & tacheté d'un noir terne.

Num. 14. 15. 16. Cette Chenille eſt toute couverte d'un poil fin ſerré, long, verdâtre & mol comme le duvet: ſon corps eſt d'un jaune clair, ayant ſur les côtés quelques taches d'un brun auſſi clair: le milieu du deſſus de ce beau Papillon tire ſur l'orange: on voit ſur le devant une eſpece d'ombre griſâtre: un peu plus en arriere, les ailes poſtérieures ſont ſemées d'un peu de blanc: toutes ces couleurs ſont renfermées dans un contour de couleur d'orange plus foncée; puis le bord des ailes, qui eſt d'un gris ſale, montre quelques taches tant rondes que ſemi-lunaires, auſſi de couleur orange: enfin l'extrémité des ailes eſt entourrée d'une bordure noire: le deſſous eſt d'un brun clair orné de taches d'un gris clair, ou cendrées: les petits yeux, qu'on voit ici, ſont noirs, marqués d'un point blanc dans leur milieu & entourés de plus d'un premier anneau rouge & d'un ſecond noir: le bord qui entoure les ailes eſt teint d'un noir terne. Ce Papillon & ſa Chenille ſont de Surinam.

Num. 17. & 18. Le deſſus de ce joli petit Papillon eſt d'un jaune clair; un beau deſſein noir orne le bord de ſes ailes: le deſſous brille d'un verd clair; & tout au tour des ailes on voit nombre de traits & de points noirs: les deux lignes obliques qui font une eſpece d'ombre, & le reſte du deſſein eſt d'un brun pâle.

PLANCHE DIX-NEUVIEME.

Num. 1. & 2. Eſt un Papillon d'Amérique, dont le deſſus eſt d'un brun obſcur marqué de quatre taches blanches, & le deſſous en partie d'un jaune clair tacheté de blanc, tout plein de petits points, & autres marques d'un rouge couleur de ſang: les deux taches qu'on voit ſur les ailes antérieures, près du corps, ſont d'un beau verd clair; cette même couleur eſt pareillement celle d'une partie des grandes taches blanches, qu'on voit ſur ſes ailes poſtérieures.

Num. 3. & 4. Ce Papillon reſſemble aux eſpeces que nous avons fait voir aux Num. 29. 30. de la Planche XII. Il en differe cependant manifeſtement quant aux couleurs & au deſſein; il eſt certain d'ailleurs qu'il ne vient pas du même pays: le deſſus en eſt brun, chargé d'un deſſein noir en coquille: les petites taches en forme de demi-lunes ſont d'un jaune obſcur & noires. Sur le devant, l'on voit des taches rondes, jaunes & griſes, accompagnées de deux autres pointues de même couleur: le deſſous fait voir les ailes antérieures moitié jaunes, & moitié brunes, marquées de taches rondes de couleur de plomb, & de bandelettes pareilles bordées de noir; les ailes poſtérieures jaunes ont auſſi des taches de couleur plombée.

Num. 5. & 6. Ce Papillon d'un gris de ſouris rayé de noir, fait voir de grandes taches obliques & blanches, & quelques autres jaunâtres près des pointes de ſes ailes, & enfin quelques unes plus pâles & plus petites d'un beau rouge: Son envers eſt joliment peint de différentes couleurs, comme de jaune, de rouge & de couleur de plomb clair, & enſuite entouré de quelques rangées de taches blanches. Il eſt de Surinam.

Num. 7. & 8. Ce beau Papillon eſt d'un châtain rouſſâtre pour le fond, bordé de noir & marqué de petites taches noires à points blancs: l'envers en eſt jaunâtre marqué de taches & petits yeux de mêmes: ſes ailes antérieures ſont ornées

N. 1.
3.
2.
5.
4.
6.
7.
8.
9.
11.
12.
10.
13.
14.



N.1
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12
13.
14.
15.
16.
17.
18.
19.
20.

albo punctatis. Aversa sedes flavescens similibus maculis ocellisque nitet. Alas anticas series albentium lunularum ornat. Americanus est.

Num. 9. & 10. Papiliunculus, ex dilute thalassino pictus, fimbria ambitur murini subfusci coloris. Prona facies candicans, nervulis nitide flavis distinguitur, fimbriamque magis fuscam monstrat. Itidem Americanus est.

Num. 11. & 12. Americani hujus Papilionis alæ anticæ, fusco colore tinctæ, venulis nigris, duabusque maculis obliquis, albidis, a latere nigris, variantur. Alæ posticae dimidia parte fuscæ sunt ex nigro striatæ, medio albæ, deinceps nigræ, maculis eleganter rubentibus ornatæ. Margo anterior nigræ partis quoque rubet. Prona facies, simpliciter fusca, maculis rotundis oblongisque albis distinguitur. Series guttarum, quæ alis posticis insident, sordide rubella est.

Num. 13. & 14. Grandis iste Papilio, utraque facie saturate fuscus, maculas præ se fert dilute griseas, quarum tamen illæ, quæ medium tenent, utcunque in pallide luteum vergunt. Cujas sit, ignotum.

TABULA VICESIMA.

NUM. 1. 2. 3. Eruca hæc, prælongis modiceque rigidis setis consita, dilute flavo colore nitens, maculis dilute fuscis, annulisque angustis, nigris, distinguitur: capite itidem tribus maculis nigris ornato. Papilio nocturnus, inde nascens, spadiceo perfusus colore, cinereas albasque minores maculas, nigrasque lineolas velut undulatas ostentat. Oculis similes binæ grandiores maculæ alarum anticarum quoque fuscæ, annulo cinereo nigroque cinctæ, centralem maculam nigram, lunulatam, gerunt. Aversa facies, similibus quidem coloribus tincta, figuris tamen multum discrepat. Credibile est & hanc, & quæ deinceps sequuntur, species cunctas ex coloniis nostris Americanis esse oriundas.

Num. 4. & 5. Papiliunculi hujus alæ posteriores supra infraque venuste cæruleo colore pictæ sunt; anteriores vero, præter cæruleum, maxima parte nigricant.

Num. 6. & 7. Ista species, dilute flava, ambitum alarum ex dilute fusco fimbriatum monstrat. Facie superiore alæ anticæ, prope corpus, eleganter rubent.

Num. 8. & 9. Hujus alæ anticæ, supra ex nigro & thalassino variegatæ, eosdem quoque colores, sed pallidiores, infra præ se ferunt. Alæ posticæ superne, eodem primum virore infectæ, dein nigricantem, post aliam rubentem, denique iterum nigram ostentant tæniam. Prona facie pictura non multum absimilis regnat: etenim colorem virescentem binæ excipiunt pallide fuscæ tæniæ, intermedia, ex dilute griseo albescente, disparatæ.

Num. 10. & 11. Nitidus iste Papiliunculus utraque facie uniusmodi coloribus & pictura superbit. Alæ anticæ, nigerrimæ, ex albo maculatæ: posticæ, medio saturate cæruleæ, margine venulisque nigris ornantur.

Num. 12. & 13. Phalænula hæc iisdem coloribus utrinque renitet. Ambo alarum paria ni-

nées d'une rangée de petits croissants blancs. Il vient de l'Amérique.

Num. 9. & 10. Ce petit Papillon est d'un verd céladon clair, & bordé d'un gris de souris tirant sur le brun: l'envers en est blanc, entrecoupé de petites veines d'un très beau jaune, avec une bordure tirant d'avantage sur le brun. Il est pareillement d'Amérique.

Num. 11. & 12. Les ailes antérieures de ce Papillon Americain sont teintes de brun, veinées de noir, & marquées de deux taches obliques blanches, qui ont du noir sur le côté: ses ailes postérieures, à moitié brunes, sont rayées de noir, blanches au milieu, ensuite noires, & ornées de taches d'un beau rouge, le bord de la partie noire est pareillement rouge: l'envers en est d'un brun uni, marqué de quelques taches blanches, rondes & obliques: tout le tour des taches, qui se voyent sur les ailes postérieures est d'un rouge pâle & terne.

Num. 13. & 14. Est un grand Papillon d'un brun obscur tacheté de gris clair des deux côtés: les taches du milieu tirent un tant soit peu sur le jaune pâle. L'on ne sçait pas d'où il est.

PLANCHE VINGTIEME.

Num. 1. 2. 3. Cette Chenille, qui est garnie de soyes fort longues & passablement roides, est d'un beau jaune clair, orné de taches d'un brun clair, & d'anneaux noirs & étroits: de plus sa tête est chargée de trois petites taches noires. Le Papillon nocturne, qui en provient est châtain, à petites taches blanches & cendrées, & à petites rayes noires & ondées: les deux grandes taches des ailes antérieures, qui ressemblent à des yeux sont pareillement brunes, ceintes d'un anneau noir & gris cendré, avec une tache noire en forme de demi-lune dans leur centre: l'envers est bien marqué des mêmes couleurs, mais il en differe beaucoup pour le dessein. Celui-ci & les suivans tirent vraisemblablement leur origine de nos Colonies de l'Amérique.

Num. 4. & 5. Les ailes postérieures de ce petit Papillon sont peintes d'un beau bleu par dessus & par dessous; les antérieures ont quelque peu du même bleu, sur un fond noir.

Num. 6. & 7. Cette espece est d'un jaune clair, & ses ailes sont bordées d'un brun aussi clair: ses ailes antérieures sont peintes par dessus & près du corps d'un très beau rouge.

Num. 8. & 9. Les ailes antérieures de ce Papillon ont leur dessus bigarré de noir & d'un beau verd céladon: l'envers offre les mêmes couleurs, mais un degré moins vif: ses ailes postérieures sont premiérement teintes de verd par dessus: elles portent ensuite une bandelette noire, puis une seconde rouge, & enfin une troisieme noire comme la premiere: par dessous il y a quelque petite différence, car après le verd suivent deux bandes brunes, séparées par une troisieme d'un gris clair & blanchâtre.

Num. 10. & 11. Ce joli petit Papillon brille des deux côtés des mêmes couleurs sur un même dessein: ses ailes antérieures sont fort noires & tachetées de blanc; les postérieures sont d'un bleu foncé dans leur milieu, puis veinées & bordées de noir.

Num. 12. & 13. Cette petite Phalene est encore pareillement colorée des deux côtés: ses quatre ailes sont noirâtres, & vers les extrémités des ailes antérieures l'on voit trois taches blan-

nigricant, tres autem maculæ circa extremitates anticarum albicant; ceteræ ſaturate cæruleæ ſunt. Corpus ipſum craſſiuſculum ex cæruleo & nigro variatur.

Num. 14. 15. 16. Piloſa Eruca, dilute luteis fuſcisque tæniolis longitudinalibus diſtincta, binas ad caput maculas ovatas, nigras, monſtrat. Pulcer Papilio, utraque facie ex ſpadiceo concolor, medio alarum anticarum maculam gerit pallide arantii coloris, anteriore parte gutta nigra notatam. Supina facies id ſingulare modo habet, quod alarum anticarum apices ocellis binis, candidis, ex nigro annulatis, niteant; quarum loco, prona facie, duæ conſpiciuntur lunulæ candidæ, ex nigro fimbriatæ. Hac ſede etiam alæ poſticæ quatuor ocellis ornantur ovatis, nigris, ex albo annulatis. Multæ præterea magnæque veluti venulæ, nigræ per alas decurrunt.

Num. 17. & 18. Quem Tab. VII. num. 25. & 26. exhibuimus, Papilio, ſi picturam excipias multum diverſam, ceterum huic valde ſimilis eſt. Utraque facies dilute fuſca eſt. Supra macula dilute virens in medio alarum anticarum conſpicitur, poſticarum vero media area, ſupra infraque, dilute rubet.

Num. 19. & 20. Eadem Tab. VII. num. 17. & 18. ſpecies huic ſimilis, & forte eadem, errore quodam proponitur. Coloris certe nulla eſt differentia, niſi quod multo dilutior heic detur, grandesque duæ alarum anticarum maculæ magis in luteum vergant.

TABULA VICESIMA ET PRIMA.

NUM. 1. 2. 3. Rara hæc Eruca bicaudata, ex plumbeo unicolor eſt, annulis tamen & thorace paulo profundius tinctis. Ex illa oriundus Papilio nocturnus, ſuperne, ex carneo æqualiter rufus, lineis ſaturatioribus variatur. Ima facie, ambiens fimbria & pictura longe profundius colorata eſt, quam ſuperne. Hujus æque ac ſequentis locus natalis eſt colonia Americana Batavorum.

Num. 4. 5. 6. Altera hæc Eruca, ſpinis ſubtilibus hiſpida, dilute cæruleſcens, nigris faſciolis, in dorſo bifidis, circulata eſt. Phalæna, quod ad formam alarum poſticarum, multum a priore diverſa, colore tamen vix diſcrepat, niſi quod binas transverſas lineas ſordide rubentes habeat &, quæ alis poſticis inſcriptæ ſunt, tæniolas helvo nigricantes. Ima facie alæ anticæ paulo profundius coloratæ atque ex dilute fuſco lineatæ ſunt.

Num. 7. & 8. Alæ anticæ ex fuſco rubræ, ruſæ, nigris nervulis, binisque maculis albis diſtinguuntur. Alæ poſticæ per ambitum magis obumbratæ, medio tamen lucidiores, tres ſingulæ guttas albas gerunt, pone quas ſeſe efferunt ternæ maculæ ſaturate cæruleæ, fundo dilutius cæraleſcenti impreſſæ, nigris annulis incluſæ, quarum duæ nigram in medio maculam monſtrant. Prona facies dilute rufula, ex nigro variata, tænias binas, totidemque guttas candidas in alis anticis exhibet. Parte poſtrema alarum poſticarum etiam maculæ candidæ ocellique ex nigro & albo varii ludunt. Umbra alarum ſaturatius rufa eſt. Locus natalis Surinamum.

Num. 9.

blanchâtres; les autres taches ſont d'un bleu foncé: ſon corps, qui eſt d'une groſſeur conſiderable, eſt bigarré de bleu & de noir.

Num. 14. 15. 16. Cette Chenille eſt fort veluë & partagée en bandelettes longitudinales, d'un jaune clair & brunes: ſa tête fait voir deux taches ovales & noires. Le Papillon en eſt très beau, & châtain des deux côtés: ſur le milieu de ſes ailes antérieures l'on voit une tache d'un orange pâle marquée d'un point noir ſur le devant: le deſſus a cela de ſingulier que les pointes des ailes antérieures ſont ornées de deux petits yeux blancs entourés d'anneaux noirs, au lieu que le deſſous porte deux petits croiſſants blancs bordés de noir; le même deſſous fait voir de plus ſur les ailes poſtérieures quatre petits yeux ovals, noirs & ceints de blanc, & nombre de grandes veines noires ſur les quatres ailes.

Num. 17. & 18. Le Papillon, que nous avons fait voir au Num. 25. & 26. de la Pl. VII. reſſemble beaucoup à celui-ci, à l'exception du deſſein qui en eſt tout différent. Un brun clair, domine des deux côtés; mais le milieu des ailes antérieures, eſt d'un verd clair ſur le deſſus; le milieu des ailes poſtérieures eſt d'un rouge clair tant par deſſous que par deſſus.

Num. 19. & 20. A la même Pl. VII. Num. 17. & 18. on voit un Papillon pareil à celui-ci, & peut-être le même par mégarde; du moins les couleurs en ſont les mêmes, ſinon qu'elles ſont beaucoup plus claires ici, & que les deux grandes taches des ailes antérieures tirent plus ſur le jaune.

PLANCHE VINGT-UNIEME.

Num. 1. 2. 3. Cette Chenille fort rare à deux queues n'a qu'une ſeule, ſçavoir une couleur de plomb: ſes anneaux & ſa poitrine, ſont cependant un tant ſoit peu plus foncés: le Papillon qui en provient eſt nocturne, teint d'un rouge couleur de chair, mais tirant ſur le roux par deſſus, avec quelques rayes d'une couleur plus foncée. Par deſſous tout le fond, de même que le bord & le deſſein, eſt plus foncé que par deſſus: ſon lieu natal ainſi que du ſuivant, eſt une des Colonies Hollandoiſes de l'Amérique.

Num. 4. 5. 6. Cette ſeconde Chenille garnie de piquants fins eſt d'un bleu clair, ceinte d'anneaux ou de bandelettes noires, qui ſe partagent en deux ſur le dos: la Phalene, qu'elle produit, différe beaucoup de la précedente, quant à la figure de ſes ailes poſtérieures, & aſſez peu pour le ton de la couleur: celle-ci a pourtant deux lignes obliques d'un rouge ſâle, & ſur les ailes poſtérieures des bandelettes d'un noir terne: le deſſous des ailes antérieures eſt un peu plus foncé, & rayé d'un brun clair.

Num. 7. & 8. Les ailes antérieures de celui-ci ſont d'un brun tirant ſur le rouge, rouſſâtres, ſemées de veines noires, avec deux taches blanches: ſes ailes poſtérieures ſont plus foncées tout au tour, & plus claires au milieu; elles portent chacune trois marques blanches au bas desquelles on en voit trois autres d'un bleu foncé ſur un fond plus clair, cerclées de noir, dont deux ont chacune une tache noire au milieu. Le deſſous de ce Papillon eſt d'un rouſſâtre clair, bigarré de noir: les deux bandelettes & les deux petites taches des ailes antérieures ſont blanches. Au bas des ailes poſtérieures ſe voyent pareillement quelques taches blanches entremêlées de petits yeux noirs & blancs. L'ombre qu'on apperçoit ſur les ailes eſt d'un roux plus foncé. Ce Papillon ſe trouve à Surinam.

N. 9.


2.
13
12.
N.1.
3.
7.
8.
4.
5.
10.
11.
9.
6.
14.
15.


N.° 1.
4.
2.
5.
6.
3.
8.
9.
7.
11.
12.
10.
14.
15.
13.
C. De Putter fec

Num. 9. 10. 11. Hujus Papilionis Eruca dilute flavet, nigrisque circulata eſt faſciolis, in dorſo bipartitis, quarum ex medio tubercula acuminata exſurgunt, curtis ſetulis conſita. Supina facies alarum anticarum ex plumbeo cæruleſcens, nigris nervulis diſtincta, ſeriem guttarum candidarum juxta extremas oras diſpoſitam, porroque duas tæniolas candidas, medio pallide fuſcas oſtendit. Alæ poſticæ, prope exortum ſuum profunde fuſcæ, dein ex albo faſciatæ, tandem obſcure griſeæ dilute rubellis maculis, medio albis, ſuperbiunt. Alarum anticarum ima facies ſaturate livida guttas candidas & quatuor maculas oblongas, candidas, margine nigro cinctas, exhibet: poſticarum vero ex rufo griſea, medio albam tæniam, nigro margine fimbriatam, gerit. Surinamenſis quoque eſt.

Num. 12. & 13. Nonnullas hujus ac ſequentis ſpeciei varietates Tab. XII. jamdum tradidimus. Differunt vero, etiamſi in minutiis, tamen notabiliter. In agro Neomagenſi utramque occurrere nobis relatum eſt; quanquam & in Germania dantur. Facies ſuperior ſaturate fuſca albis maculis variatur. Prope apices alarum anticarum quatuor guttarum rubrarum paria, utrinque ordinata, cernuntur. Habent & alæ poſticæ ſeriem guttarum aurantii coloris. Facies inferior diſcrepat, quod extima tantum ſeries guttarum, quæ apices alarum anticarum ornant, rubeat ſimiliter atque altera ſeries alarum poſticarum.

Num. 14. & 15. Quod ad faciem ſupinam non differt a priore, niſi pictura. Interior modo macularum, quæ alas poſticas variant, ſeries aurantio eſt colore; ceteræ albicant. Prona facies contra longe diverſiſſima eſt. Aream dilute flavam albæ decorant maculæ, nigris annulis circumdatæ. Sedes media animalculi dilute cæruleſcit; quo colore etiam alarum oræ perfuſæ ſunt, nigraque inſuper pictura exornatæ. Anterior alarum anticarum margo colore fuſco, poſterior, alis poſticis confinis, murino tingitur.

TABULA VICESIMA ET SECUNDA.

NUM. 1. & 2. Papilio hic ſupra coracino eſt nigrore, maculis ſordide praſinis vario. Alæ anteriores, prona ſede, dimidia parte priore ex obſcure purpureo griſeæ ac deinceps nigræ, maculas, virore magis flavente tinctas, monſtrant. Alæ poſticæ hac ſede ex rufo griſeæ, tæniis cinereo griſeis, quarum poſtrema ex dilute fuſco maculata eſt, decorantur.

Num. 3. 4. 5. 6. Inſolens quidem eſt, ſed nonnullis tamen ſpeciebus proprium, ex Eruca modicæ magnitudinis prægrandem naſci Nympham, quæ viciſſim in Papilionem proportione puſillum abeat. Habes heic, Lector, exemplum. Eruca ex ſubfuſco rufa eſt, prolixis conſita ſetarum faſciculis in tres ordines digeſtis, parvisque maculis nigris ſecundum latera verſicolor. Caput, pro ratione corporis puſillum, nigricat. Pedes una ſectione propius caudæ collocati ſunt: quod in aliis etiam ſpeciebus occurrit. Nymphula ex luteo fuſca & nigra eſt. Papilionis alæ anticæ rufo ſunt colore, uti & poſticæ parte extrema; dum pars anterior ſordide rubet maculamque gerit nigram ſubrotundam, quæ incurvata veluti in caudulam attenuatur. Prona facie

Num. 9. 10. 11. La Chenille de ce Papillon eſt d'un jaune clair, entourée d'anneaux ou de bandelettes noires, bifurquées ſur le dos, du milieu deſquelles s'élevent de petites éminences couvertes d'un poil très court. Le deſſus des ailes antérieures du Papillon eſt de couleur de plomb bleuâtre à veines noires, & chaque aile a le long de ſon bord un tour de petites taches blanches, & plus en dedans deux taches blanches & longues, dont le centre eſt d'un brun pâle. Les ailes poſtérieures ſont d'un brun foncé vers leur commencement: vient enſuite une bande blanche qui les traverſe; elles ſe terminent enfin par une couleur griſe obſcure, ornée de taches rouges, qui ont quelque peu de blanc au milieu. Le deſſous des ailes antérieures eſt d'une couleur de plomb foncée, orné de petites marques rondes & blanches, & de deux taches longues, blanches & bordées de noir. Celui des ailes poſtérieures eſt d'un gris rouſſâtre, blanc au milieu, bordé de noir. Cet Inſecte vient auſſi de Surinam.

N. 3. à 6. Celle-ci différent très peu entre elles, ſinon en ce que les taches des ailes extérieures ſont plus grandes dans le Num. 5. que dans le Num. 3. Leurs ailes extérieures ſont d'un jaune clair, & les intérieures ſont plus claires encore & couvertes de petits carreaux plus obſcurs, en forme de damier.

Num. 7. & 8. Le diſtinctif de celle-ci eſt que ſes ailes extérieures n'ont point de tache, & que leurs bords antérieurs ſont d'un verdâtre clair.

Num. 9. & 10. Cette petite eſpéce eſt de même couleur des deux côtés: ſes ailes extérieures ſont d'un gris cendré, marquées de taches plus obſcures, les intérieures ſont rouges au milieu avec un bord noir. Le reſte de leur circonférence eſt tranſparent.

Num. 11. Sauterelle brune, qui approche plus des nôtres, que les précédentes. Ses ailes extérieures ſont tachetées de gris, & ſon capuchon l'eſt de rouge.

Num. 12. Celle-ci eſt tout-à-fait d'un brun obſcur, marquée de petites taches noires, & ſemble tout-à-fait manquer d'ailes.

Toutes ces Sauterelles ſans ailes, ſont peut-être des Inſectes imparfaits. Il vient nombre de variétés de ce genre du Cap de Bonne Eſpérance, & des grandes & petites Indes.

PLANCHE SOIXANTE-HUITIEME.

Num. 1. & 2. Repréſentent deux différentes eſpéces de Demoiſelles très rares: leurs ailes en reſeaux ſont peintes de taches noires en demi-lune: leur corps eſt d'un brun gris; mais l'on doit remarquer à l'égard de ces eſpéces & autres, tant de Demoiſelles, que de Sauterelles déjà décrites, comme auſſi dans la ſuite, qu'elles perdent très ſouvent, avec leur vie, la vivacité de leur couleur & ſe terniſſent, & même noirciſſent: il ne nous eſt donc pas poſſible, dans la déſcription d'un Cabinet tel que celui-ci, de les repréſenter autrement qu'avec les couleurs, que nous leurs trouvons après leur mort, en y ajoutant ce qu'elles ont conſervé par-ci par-là de leur ancienne ſplendeur: ces deux eſpéces viennent des Indes Orientales, cependant j'en ai vu des pareilles de Surinam.

N. 3. Petite Demoiſelle noire, qui porte ſur ſes ailes une petite tache tranſparente & en reſeau.

Num. 4.

Num. 4. Corpus nigrum; alæ reticulatæ, maculis majuſculis, punctisque nigris & dilute fuſcis.

Num. 5. Color dilute fuſcus, maculis minutis, nigris, alas ornantibus. Antennæ huic permagnæ ſunt, quod in iſto genere rarum.

Num. 6. Color niger eſt, alæ gilvæ. Quatuor iſtæ ſpecies exoticæ ſunt.

Num. & 8. Locuſta utraque facie concolor, corpore nigro, alis gilvis ex fuſco maculatis.

Num. 9. Hæc, non alata, ex fuſco flaveſcit, pedibus poſticis ex nigro faſciatis. Ob nodos articulorum Podagrica vocatur.

Num. 10. Altera prioris ſpecies, alata, alis extimis ſubflavis, ora dilute viridi cinctis.

Num. 11. Diverſa a præcedentibus ſpecies, alis eleganter viridibus & dilute flavis; corpore & pedibus fuſcis.

Num. 12. Mas forſan aut foemella prioris, alis carens, pedibus griſeo fuſcis, ex nigro ſtriatis.

Num. 13. ad 16. Et quatuor iſtæ inter ſe differunt magisque in rufum vel gilvum colorem vergunt.

TABULA UNDESEPTUAGESIMA.

NUM. 1. ad 6. Omnes iſtæ ſpecies, ſupra & infra heic repræſentatæ, alas extimas plus minus virides gerunt; internas, quæ potiſſimum ad volatum comparatæ ſunt, ex dilute purpuraſcente griſeas. Corpus & pedes in omnibus colore ſunt plus, minus fuſco.

Num. 7. & 8. Species a prioribus longe diverſiſſima, anteriore corporis parte ſcutum gerens, velut veſicarium, quod facie ſupina ſature flavum eſt, rubentibus maculis varium, utroque inſuper latere ex ſature viridi maculatum. Prior corporis pars, ſuperne, quoque viridis eſt, poſterior fuſca. Facie prona totum corpus fuſcum eſt, ſcutum vero languide vireſcit, quatuor maculis ſordide luteis pictum. Alæ ſupra & infra ſature virent; extimæ forma & venulis folia referunt; internæ a latere macula ſature flava ornantur.

Num. 9. ad 12. Quatuor iſtæ ſpecies fuſcæ ſunt, maculis griſeis. Videntur autem alatæ eſſe, alis extimis arcte ad corpus applicatis.

TABULA SEPTUAGESIMA.

NUM. 1. & 2. Quadripennis iſta ſpecies, tota ſpadicea, lineis albis, ſupra & infra conſpicienda.

Num. 3. & 4. Hujus extimæ alæ dilute fuſcæ ſunt, internæ ex purpuraſcente rubræ.

Num. 5. & 6. Alæ extimæ plumbei coloris, internæ ſanguinei, ora alba.

Num. 7. ad 10. Binæ parum diverſæ. Alæ externæ dilute æruginoſæ; internæ dilute griſeæ vel

Num. 4. Le corps eſt ici brun, & les ailes en reſeaux ſont marquées de taches un peu grandes, & d'autres plus petites noires, & de petits points d'un brun clair.

Num. 5. Les ailes offrent de petites taches noires ſur un fond brun clair, qui eſt la couleur de tout le corps. Les antennes ſont extrêmement longues dans cette eſpéce, ce qui ne ſe voit que rarement dans le genre des Sauterelles.

Num. 6. Demoiſelle noire à ailes fauves. Ces quatre eſpéces ſont étrangeres.

Num. 7. & 8. Sauterelle de même couleur des deux côtés. Son corps eſt noir; ſes ailes ſont fauves, tachetées de brun.

Num. 9. Cette Sauterelle ſans ailes eſt d'un brun jaunâtre, ſes pieds de derrière ſont marqués de bandes noires: on la nomme la Goutteuſe, à cauſe des nœuds qu'elle porte ſur ſes articulations.

Num. 10. Autre eſpéce de la précédente, mais ailée, ayant les ailes extérieures jaunâtres & ceintes d'un bord de verd clair.

Num. 11. Eſpéce fort différente des précédentes, & dont les ailes ſont d'un beau verd & d'un jaune clair: le corps & les pieds ſont bruns.

Num. 12. Celle-ci qui manque d'ailes, eſt peut-être la femelle ou le mâle de la précédente, ſes pieds ſont d'un brun gris, rayés de noir.

Num. 13. à 16. Ces quatre different toutes entre elles, & ſont d'une couleur rouſſâtre ou fauve.

PLANCHE SOIXANTE-NEUVIEME.

Num. 1. à 6. Toutes ces eſpéces de Sauterelles, qui ſont repréſentées ici des deux côtés, ont les ailes extérieures plus ou moins vertes, & les intérieures, qui ſeules ſervent à leur vol, d'un gris pourpré clair: le corps & les pieds ſont dans toutes ces eſpéces plus ou moins bruns.

Num. 7. & 8. Eſpéce toute différente des précédentes, portant ſur le devant de ſon corps un corcelet veſiculaire, dont le deſſus eſt d'un jaune foncé, marqué de taches rougeâtres; les deux côtés ont chacun une tache d'un verd obſcur: le devant du corps eſt pareillement verd, & le derrière eſt brun. A l'envers tout le corps eſt brun, & le corcelet y eſt verd pâle, marqué de quatre taches d'un jaune ſale: ſes ailes ſont d'un verd obſcur, tant par deſſus, que par deſſous. Les extérieures reſſemblent à des feuilles, & ſont marquées ſemblablement de veines; les intérieures ſont ornées d'une tache de jaune foncé ſur le côté.

Num. 9. à 12. Ces quatre eſpéces ſont brunes, tachetées de gris: elles paroiſſent ailées, & ont les ailes extérieures fort ſerrées contre leur corps.

PLANCHE SEPTANTIEME.


N. 1. & 2. Cette eſpéce de Sauterelle à quatre ailes eſt tout-à-fait de couleur châtain, rayée de blanc par deſſus & par deſſous.

Num. 3. 4. Les ailes extérieures de celle-ci ſont d'un brun clair, & les intérieures d'un rouge pourpré.


Num. 5. & 6. Ici les ailes extérieures ſont de couleur de plomb, & les intérieures ſont d'un rouge couleur de ſang bordées de blanc.

Num. 7. à 10. Ces deux différent très-peu. Leurs ailes extérieures ſont d'un verd de gris clair, & les intérieures ſont de

Tab. LXIX.







2.
4.
3.
N.1.
6.
5.
8.
7.
14.
10.
9.
13.
12.
11.



N°. 1. 2. 5. 3. 6. 4. 7. 9. 10. 8. 11. 12.


Tab. LXXII.
N°. 1.
2.
3
4.
7.
9.
10.
8
5.
6.
11.
12.

vel cinereæ, tæniolis transversis rufis. Corpus ex rufo fuscum. Posterioris speciei alarum internarum ora anterior sature rubris maculis variatur.

Num. 11. & 12. Alæ extimæ flavæ, intimæ cinereæ sunt, ora anteriore rufa. Etiam corpus dilute rufum.

Num. 13. & 14. Huic Spectro nomen est, ejusque aliquot species Tab. LXVIII. jam exhibuimus. Alæ externæ supra plumbei coloris sunt, infra grisei; internæ utrinque rufæ.

TABULA SEPTUAGESIMA ET PRIMA.

NUM. 1. & 2. Locusta, corpore curto eoque, quod ceteris hujus Tabulæ etiam commune est, sature fusco, alis extimis, utraque facie, languide flavis, intimis cinereis, utrisque magno venarum numero distinctis.

Num. 3. & 4. Alæ externæ saturatius flavæ, ex nigro adumbratæ; internæ sature fuscæ, quasi plicatæ, tæniolis transversis nigris.

Num. 5. & 6. Tota ex subflavo fusca.

Num. 7. & 8. Locusta fœmella, alis extimis languide flavis, nigro pictis; intimis dilutius flavis, tessularum quadratarum & oblongarum, grisei coloris, apparatu nitide ornatis. Facies prona supinæ assimilis est: tessellæ tamen alarum internarum ad extremitates usque excurrunt, neque limbo striato, qualis supina facie apparet, abrumpuntur.

Num. 9. & 10. Minor species, alis extimis sature luteis, venulis nigris distinctis; intimis colore obscuriore tessulatis. Forte minore tantum ætate a præcedente differt; quum hoc animantium genus mole crescit, neque, ut alia Insecta, ab ortu statim perfecta gaudet magnitudine. Quamquam enim alatas Locustas pro adultis perfectisque habeamus, de exoticis tamen idem valere, adhuc dubium mihi videtur.

Num. 11. & 12. Rarior species, utraque facie concolor, obscure fusca, alarum extremis apicibus reticulatis, pellucidis, albis, guttula nigra notatis.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SECUNDA.

NUM. 1. & 2. Corpus & pedes obscure fusci sunt coloris. Alæ extimæ dilute griseæ, facie supina nigris maculis variantur; intimæ quoque dilute griseæ, versus medium tamen dilutiores utcunque in luteum vergunt.

Num. 3. & 4. Mirabile animalculum, nequaquam ad Locustarum ordinem, in quo cum maxime versamur, pertinens, sed Muscis potius annumerandum, utrinque concolor est. Corporis pars media anterior graminei est viroris, reliqua obscure fusci. Alæ sordide luteæ, apicibus tamen albentibus, pellucidis. Locus natalis Surinamum.

Num. 5.

de gris clair, ou de couleur de cendre, marquées de bandelettes roussâtres transversales. Le corps est brun roux, & le bord antérieur des ailes internes de la seconde espéce est orné de taches d'un rouge obscur.

Num. 11. & 12. Les ailes extérieures sont jaunes, & les intérieures sont cendrées, bordées de rouge par devant: le corps en est d'un roux clair.

Num. 13. & 14. Celle-ci porte le nom de Spectre; l'on en voit quelques espéces à la Pl. LXVIII. Ses ailes externes sont de couleur de plomb par dessus & grises par dessous, les intérieures sont rousses des deux côtés.

PLANCHE SEPTANTE-UNIEME.

Num. 1. & 2. Sauterelle à corps court, dont la couleur est d'un brun foncé comme à toutes les autres de cette Planche. Ses ailes extérieures sont d'un jaune pâle des deux côtés, les intérieures sont grises: on y voit grand nombre de veines.

Num. 3. & 4. Les ailes extérieures de celle-ci sont jaunes plus foncées, couvertes d'ombres noires: ses ailes intérieures sont d'un brun obscur & comme pliées: on y voit quelques bandes noires en travers.

Num. 5. & 6. La couleur est tout-à-fait brune jaunâtre.

Num. 7. & 8. Les ailes extérieures de cette Sauterelle femelle sont jaunes pâles, peintes de noir: ses ailes internes sont d'un jaune plus clair encore, & joliment ornées de petits carreaux oblongs gris: le dessous ressemble assez au dessus, mais ici les carreaux des ailes internes vont jusqu'à leurs extrémités, & ne sont pas interrompus par un bord rayé comme par dessus.

Num. 9. & 10. Autre espéce de la précédente, mais plus petite, ayant les ailes externes d'un jaune foncé, marquées de petites veines noires & de petits carreaux plus obscurs sur les intérieures. Peut-être ne differe-t-elle de la précédente qu'en âge: ces Insectes grandissent peut-être, & n'ont pas en naissant leur taille naturelle comme d'autres Insectes. Car quoiqu'on les regarde comme parfaits, quand ils ont pris leurs ailes; nous ne sommes pas assez instruits, pour pouvoir étendre cette loi sur toutes les espéces étrangeres.

N. 11. & 12. Cette espéce assez rare est de même couleur par dessus, que par dessous, sçavoir d'un brun obscur: les pointes de ses ailes sont en reseaux, transparentes, blanches & marquées d'une petite tache noire.

PLANCHE SEPTANTE-DEUXIEME.

Num. 1. & 2. LE corps & les pieds de celle-ci sont d'un brun obscur: ses ailes extérieures sont d'un gris clair, marquées de taches noires à leur partie supérieure: les intérieures sont pareillement d'un gris clair, mais plus claires encore dans le milieu & d'une couleur tirant sur le jaune.

Num. 3. & 4. Ce petit animal curieux, qui n'appartient aucunement à la classe des Sauterelles, que nous traitons présentement, mais qui doit plûtôt être compté parmi les mouches, est de même couleur des deux côtés: la moitié antérieure de son corps est d'un verd d'herbe, & le reste en est d'un brun obscur: ses ailes sont d'un jaune sale, & leurs pointes blanches & transparentes. Il vient de Surinam.

Num. 5.

Num. 5. & 6. Altera prioris ſpecies, diverſa, corpore nigro, ſuperne lineis albis notato, alis fuſcis.

Num. 7. & 8. Locuſta conformationis ſingularis, ſupra & infra colore ac pictura ſimilis, corpore ſature fuſco, alis utrisque ex dilute fuſco flaventibus, extimis inſuper facie utraque, ex cinereo griſeo guttatis.

Num. 9. & 10. Hæc, etiam utraque facie ſimiliter colorata ac picta, corpore eſt dilute fuſco; alis externis rubro rufis, ex nigro guttatis, quaſi teſſellatis; internis ſature viridibus, punctis tesſulisque gilvo nigris variatis.

Num. 11. & 12. Locuſta Promontorii Bonæ Spei, eximiæ pulcritudinis. Alæ externæ cærulæ, maculis albis; internæ parte dimidia corpori proxima ſaturatius cærulæ, reliqua eleganter rubræ, nigris maculis punctisque variæ. Corporis ornatus diſpar eſt. Facie ſupina pars anterior venuſte rubet, reliqua fuſca eſt; prona tota fuſca. Hujus & nonnullarum ſequentium ſpecierum intuitu magis etiam credibile mihi videtur, aut omnes, aut certe plurimas rariorum iſtarum Locuſtarum ex Promontorio Bonæ Spei oriundas eſſe.

TABULA SEPTUAGESIMA ET TERTIA.

NUM. 1. & 2. Locuſta tota ſpadicea, alis pallide fuſcis, diaphanis.

Num. 3 & 4. Rariſſima hæc ſpecies, colore priori ſimilis, ſenis ſeſe alis diſtinguit, quarum extimæ pariter, ac in præcedente, natura cum internis conveniunt, neque pro harum vaginis, more ceterarum Locuſtarum, haberi poſſunt.

Num. 5. & 6. Alæ externæ, diluto virore eleganter tinctæ, nigris venulis diſtinguuntur; internæ reticulatæ transparent.

Num. 7. & 8. Alæ externæ obſcure rufæ, ex rufo maculatæ, craſſis venulis diviſæ, folium Fagi effoetum, aridum exquiſite referunt. Alæ internæ dilute rufæ, guttis ex fuſco rufis variæ, prope apices maculam monſtrant chermeſini coloris, cujus externam oram tæniola alba fimbriat. Surinamenſis eſt.

Num. 9. & 10. Species minuta, rarior, alis externis dilute flavis, ex fuſco ſtriatis. Internæ prope corpus ex purpuraſcente rubræ, deinceps fuſco ac dilute flavo tinctæ ſunt. Omnium iſtarum ſpecierum facies utraque concolor eſt.

Num. 11. Animalculum iſtud alius eſſe generis videtur. Corpus fuſcum eſt; alæ anticæ griſeæ: poſticæ rubore chermeſino venuſtæ in apices griſeos exeunt.

NOTA. *Veroſimile eſt, plerasque omnes extremitates pedum anticorum & poſticorum Locuſtarum, quæ hac & ſequentibus Tabulis exhibentur, minime ſecundum naturam delineatas eſſe; quoniam a naturali conformatione, quam Tab. LXXI. ſiſtit, nimium quantum deflectunt.*

Num. 5. & 6. Seconde eſpéce toute différente, dont le corps eſt noir, rayé de blanc par deſſus: ſes ailes ſont brunes.

Num. 7. & 8. Sauterelle d'une figure fort ſinguliere, colorée & deſſinée par deſſus, comme par deſſous: ſon corps eſt brun obſcur: ſes deux paires d'ailes ſont d'un jaune tirant ſur le brun clair; & les extérieures ſont marquées de plus, des deux côtés, d'un grand nombre de petites gouttes d'un gris cendré.

Num. 9. & 10. Celle-ci offre pareillement la même couleur & le même deſſein des deux côtés. Son corps eſt brun clair, & ſes ailes extérieures ſont d'un rouge rouſſâtre marquées de petits points noirs en quadrilles: les intérieures ſont d'un verd obſcur, marquées de points & de petits carreaux d'un noir fauve.

Num. 11. & 12. Cette Sauterelle d'une beauté admirable, vient du Cap de Bonne Eſpérance: ſes ailes externes ſont bleuës, tachetées de blanc; les internes ſont pour la moitié la plus voiſine du corps, d'un bleu plus foncé, & d'un beau rouge, marquées de points & de taches noires; pour le reſte, le corps ne montre de la différence que par deſſous: par deſſus la partie antérieure en eſt d'un beau rouge, & le reſte brun, par deſſous le tout eſt brun: la vuë de cette eſpéce & de quelques autres ſuivantes m'ont confirmé dans le ſoupçon, où j'étois, que preſque toutes ou du moins la plûpart de ces belles Sauterelles étrangeres venoient du Cap de Bonne Eſpérance.

PLANCHE SEPTANTE-TROISIEME.

Num. & 2. Sauterelle toute de couleur châtain, ayant des ailes brunes pâles, & tranſparentes.

Num. 3. & 4. Cette eſpéce, qui eſt des plus ſinguliéres, repond parfaitement à la précédente quant à la couleur, mais elle eſt garnie de ſix ailes, dont les extérieures ſont de même nature que les intérieures, ainſi qu'à la précédente, & ne paroiſſent pas ſervir de fourreaux aux premiéres, comme dans les autres Sauterelles.


Num. 5. & 6. Les ailes extérieures de celle-ci ſont teintes d'un beau verd clair, marquées de petites veines noires; les intérieures ſont en reſeaux & tranſparentes.


Num. 7. & 8. Les ailes extérieures de celle-ci reſſemblent parfaitement à des feuilles de Hêtre desſechées: elles ſont d'un roux obſcur, marquées de taches rouſſes & de fortes veines: ſes ailes internes ſont d'un roux clair, marquées de taches d'un roux brun, & ornées près de leurs pointes d'une tache de couleur cramoiſi, que borde en dehors une bandelette blanche. Elle vient de Surinam.


Num. 9. & 10. Cette eſpéce plus petite & aſſez rare, a les ailes extérieures d'un jaune clair, rayées de brun: les intérieures ſont d'un rouge pourpré près du corps, & marquées, plus en dehors, de brun & de jaune clair: preſque toutes ces eſpéces ſont de même couleur des deux côtés.

Num. 11. Ceci paroît un autre genre de petit animal: ſon corps eſt brun, & ſes ailes antérieures ſont griſes: les poſtérieures ſont joliment peintes d'un rouge cramoiſi, terminées en pointes griſes.

NB: *Il eſt à craindre que preſque toutes les extrémités des pieds antérieurs & poſtérieurs des Sauterelles, tant de cette Planche, que des ſuivantes, ayent été mal deſſinées: car elle différent trop de la conformation naturelle, qu'on peut voir Pl. LXXI.*


Tab. LXXIII.
N.º 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.


N.° 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.



2.
N.º 1.
4.
6.
5.
3
8.
7.
11.
10.
9.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUARTA.

NUM. 1. Corpus ſpadiceum; alæ ex ſubflavo griſeo fuſcæ, earumque teſſellæ, ob quas *Teſſulatarum* aut *Storearum Perſicarum* nomen cunctis his ſpeciebus impoſitum eſt, griſeæ.

Num. 2. Hujus colorem, ſaturatius fuſcum, teſſellæ variant obſcuriores. Corpus quoque profundius fuſcum eſt. In utrisque Indiis naſcuntur hæ ſpecies.

Num. 3. Elegans Locuſta, pallide viridis, lineolis obſcure graminei viroris in totum diſtincta, Indiis Orientalibus debetur.

Num. 4. Altera ſpecies, non multum diverſa, corpore ſubflaveſcente, alis pallide viridibus. Differentiam indicat alarum anticarum inciſura proxime corpus & ſetoſus faſciculus de extremo ventre prominens. Hanc ſpeciem ex Promontorio Bonæ Spei miſſam accepi.

Num. 5. Univerſum hujus corpus & alæ ex rufo carnei ſunt coloris. Itaque varietas quidem eſt, at prioribus ſpeciebus annumeranda.

Num. 6. & 7. Rariorum iſtarum ſpecierum nonnullas Tab. LXIX. &c. jam deſcripſimus. En! alias colore, obſcurius fuſco, ſtriis nigreſcentibus.

Num. 8. Et hæc prioribus congener, parte corporis anteriore ultra medietatem in acumen excurrente, fuſco nigra, albis maculis notata; parte poſteriore virideſcente.

Num. 9. Habet iſta ſpecies ſuis in antennis aliquid peculiare atque inſolitum, quo ſe diſtinguit. Etenim plumatiles ſunt, perinde ac in Phalænarum quarundam maribus obtinere ſupra oſtendimus. Ceterum corporis, antennarum & pedum color ex ſature flavo fuſcus eſt: alæ ex ſubflavo cinereo griſeæ pellucent.

Num. 10. Priori in totum ſimilis corpore tamen eſt graciliore, alis languide viridibus.

TABULA SEPTUAGESIMA ET QUINTA.

NUM. 1. & 2. Locuſta, utraque facie concolor, toto corpore rufo griſea, caput præ ſe fert prorſus inſolitæ conformationis. Alæ externæ minutis teſſulis dilute fuſcis & griſeis ornatæ; internæ ex flavo fuſcæ.

Num. 3. & 4. Minutæ hujus ſpeciei aliquot præcedentibus Tabulis jam depictas dedimus. Corpus murini coloris; pedes fuſci; alæ extimæ plumbi inſtar lividæ, punctis nigris; intimæ dilute flavæ, ora fuſca.

Num. 5. & 6. Corpus plumbi colore livens, alæ extimæ graminei viroris, intimæ ſupra languide virentes, infra albæ & dilute lividæ.

Num. 7. ad 10. Binæ ſpecies parum diſcrepantes. Prioris alæ externæ pallide fuſcæ, poſterioris

PLANCHE SEPTANTE-QUATRIEME.

Num. 1. LE corps eſt d'un brun châtain; les ailes ſont d'un brun gris & jaunâtre, & les petits carreaux, qui leur ont fait donner le nom d'ailes en dez ou en nattes de Perſe, ſont griſâtres.

Num. 2. Celle-ci eſt d'un brun obſcur, & ſes petits carreaux ſont encore plus obſcurs: ſon corps l'eſt de même. Ces eſpéces viennent tant des grandes que des petites Indes.

Num. 3. Cette belle Sauterelle eſt d'un verd pâle ou clair, marquée par-tout de petites taches d'un verd d'herbe plus obſcur. Elle vient des Indes Orientales.

Num. 4. Celle-ci eſt peu différente du Num. 3. Ses ailes ſont d'un verd pâle, & ſon corps eſt un tant ſoit peu jaunâtre: ce qui la diſtingue c'eſt une échancrure des ailes antérieures tout près du corps, & une petite touffe de poils à l'extrémité de ſon corps. Il m'en eſt venu de cette eſpéce du Cap de Bonne Eſpérance.

Num. 5. Autre variété, dont tout le corps & les ailes ſont rouſſes, ou de couleur de chair.

Num. 6. & 7. Nous avons déjà donné quelques variétés de ces eſpéces plus rares aux Pl. LXIX. &c. En voici de nouvelles qui ſont d'un brun obſcur, rayées de noir.

Num. 8. Celle-ci appartient pareillement aux précédentes. Plus de la moitié antérieure de ſon corps eſt d'un brun noir, tacheté de blanc, qui finit en pointe entrante dans la partie poſtérieure, qui eſt verdâtre.

Num. 9. Cette eſpéce a quelque choſe de ſingulier à ſes antennes, qui la diſtingue tout-à-fait des autres: car elles paroiſſent barbuës ou chargées de plumes, comme nous l'avons fait remarquer aux mâles de quelques eſpéces de Phalenes: la couleur de ſon corps, de ſes antennes & de ſes pieds, eſt d'un jaune obſcur tirant ſur le brun, & ſes ailes tranſparentes ſont d'un gris de cendre jaunâtre.

Num. 10. Celle-ci reſſemble en tout à la précédente, excepté que ſon corps eſt plus mince, & ſes ailes ſont d'un verd pâle.

PLANCHE SEPTANTE-CINQUIEME.

Num. 1. & 2. Voici une Sauterelle, dont le deſſus & le deſſous ſont de même couleur: ſa tête eſt d'une forme tout-à-fait étrange, & d'un gris rouſſâtre, de même que ſon corps. Ses ailes extérieures ſont ornées de petits carreaux gris, & bruns clairs; les intérieures ſont d'un brun jaunâtre.

Num. 3. & 4. Nons avons déjà repréſenté quelques variétés de cette petite eſpéce ſur les Planches précédentes: ſon corps eſt d'un gris de ſouris, ſes pieds ſont bruns. Ses ailes externes ſont d'un bleu plombé, picotées de noir, & les internes d'un jaune clair & bordées de brun.

Num. 5. & 6. Le corps de celle-ci eſt d'un bleu plombé: ſes ailes externes ſont d'un verd d'herbe: les internes ſont d'un verd pâle par deſſus, mais blanches & d'un plombé clair par deſſous.

Num. 7. à 10. Ces deux eſpéces différent très-peu: les ailes inter-

ris languide flavæ, utræque tamen venulis pallide fuſcis diſtinctæ: alæ internæ cinereæ, verum in poſteriore utcunque flaveſcentes. Corpus ſimiliter, ac in præcedente, plumbi more cæruleſcens; pedes fuſci. Cauda enſifera, utramque femellam eſſe, innuit.

Num. 11. Hæc ſpecies tum forma, tum colore fuſco griſeo, foliorum arefactorum faſciculo apprime ſimilis eſt.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SEXTA.

NUM. 1. & 2. Differunt hae rurſus ab illis, quas Tab. LXVI. &c. propoſuimus. Color in totum griſeo fuſcus, obſcuriore adumbratione varius.

Num. 3. & 4. Colore tantum diſcrepare videtur. Facies ſupina tota ex fuſco flava, obſcurioribus figuris picta. Alæ anticæ infra griſeæ, poſticæ ſature virides, punctis nigris.

Num. 5. & 6. Utraque facie dilute fuſca.

Num. 7. & 8. Alæ utræque griſeæ, apicibus internarum fuſcis: corpus quoque fuſcum.

Num. 9. & 10. Corpus fuſcum; alæ medio cinereo griſeæ, poſterius ex fuſco griſeæ, ſubter oram anteriorem, quæ ex nigro & griſeo verſicolor eſt, ſeſe complicando, tanquam intra vaginam, recondere poſſe videntur.

Num. 11. & 12. Alæ extimæ fuſcæ, nigris maculis; intimæ ex dilute fuſco griſeæ, corpus fuſcum.

Num. 13. & 14. Species priori num. 9. plane gemina. Alæ dilute griſeæ, circumferentia ex fuſco obumbrata, ora tamen anteriore ex dilute flavo & nigro variegata, intra quam ſimili modo, ac num. 9. diximus, ala ſe complicare & ſubducere poſſe videtur, ut adeo vaginæ vice ſungatur. Corpus ſature fuſcum. Facie ſupina, prope oras alarum anteriores, binæ appendiculæ ex corpore prominent, tegendis forte alis etiam deſtinatæ.

TABULA SEPTUAGESIMA ET SEPTIMA.

NUM. 1. & 2. Maxima hæc ſpecies, ſub nomine Locuſtæ, mihi Batavia Indorum tranſmiſſa eſt, annotatumque, ab indigenis appellari *Bilalang Karbouw*, nec memoratum tamen, an ibi loci quoque naſcatur. *Valentinus* in Hiſtoria veteri ac nova Indiarum Orientalium, Tom. III. p. 296. de iſto inſecto hæc notatu digna refert: Vaccas, cum forte illud devorant, ſtatim mori; ſed *Balienſes* & *Javanos* eo aſſato veſci. Alæ internæ ſimili modo, uti Tabula priore de aliis jam notavimus, cum alis externis, quæ in hac ſpecie grandiores ſunt, concrevere & complicatæ ſubter eas ſeſe reducunt. Supra majores illas externas alas duo cernuntur ejusmodi tegmina minora. Color in univerſum ex flaveſcente fuſcus eſt, in nonnullis obſcure fuſcus.

internes de la première ſont d'un brun pâle, & celles de la ſeconde d'un jaune pâle; toutes deux ſont marquées de veines d'un brun pâle: leurs ailes internes ſont cendrées, mais un peu jaunâtres dans la ſeconde eſpéce; leurs corps ſont d'un bleu de plomb comme à la précédente, & leurs pieds ſont bruns. L'eſpéce de vagin en forme de ſabre qui termine leur corps en denote le ſexe feminin.

Num. 11. Cette eſpéce reſſemble parfaitement, à un petit paquet de feuilles ſeches, tant par ſa figure, que par rapport à ſa couleur, qui eſt d'un gris brun.

PLANCHE SEPTANTE-SIXIEME.

Num. 1. & 2. Ces eſpéces différent dérechef de celles, que nous avons repréſentées aux Pl. LXVI. & ſuivantes. Leur couleur eſt un brun griſâtre uni, marqué d'un deſſein plus obſcur.

Num. 3. & 4. Celle-ci ne paroît différer que par ſa couleur. Le deſſus en eſt tout à-fait d'un jaune brun, marqué de figures plus obſcures: le deſſous des ailes antérieures eſt gris, & celui des poſtérieures d'un verd obſcur, piqué de noir.

Num. 5. & 6. Celle-ci eſt de brun clair des deux côtés.

Num. 7. & 8. Les quatre ailes ſont griſes, & les pointes des intérieures brunes: le corps eſt pareillement brun.


Num. 9. & 10. Ce corps eſt brun, & les ailes qui ſemblent pouvoir ſe replier ſous un bord antérieur noir, & rayé de gris, ſont d'un gris cendré au milieu, qui brunit ſur le derrière.

Num. 11. & 12. Les ailes externes ſont brunes, tachetées de noir, & les internes griſes tirant ſur le brun clair: ſon corps eſt brun.


Num. 13. & 14. Cette eſpéce eſt tout-à-fait ſemblable à celle du Num. 9. Les ailes ſont d'un gris clair, bordées d'un gris plus obſcur: les bords antérieurs de ſes ailes ſont d'un jaune clair & noirs, & c'eſt ſous ces bords, que les ailes ſemblent pouvoir ſe replier, en ſorte qu'ils ſervent de gaines ou de fourreaux comme à celle du Num. 9. Le corps eſt d'un brun foncé; l'on voit par deſſus, près du bord antérieur de ſes ailes, comme deux eſpéces de petites ailes, qui couvrent les autres.

PLANCHE SEPTANTE-SEPTIEME.

Num. 1. & 2. Cette eſpéce une des plus grandes que l'on voie, m'a été envoyée de Batavia, ſous le nom de Sauterelle, ſans qu'on m'ait marqué préciſement, ſi elle y prend naiſſance. On ajoutoit que les Naturels du pays, l'appelloient *Bilalang Karbouw*. *Valentin* dans ſon Hiſtoire des vieilles & des nouvelles Indes, Tom. III. p. 296, nous en apprend cette particularité, que les vaches qui en mangent, meurent d'abord, aulieu que les *Baliens* & les *Javans* les rôtiſſent, & les mangent enſuite ſans en être incommodés. Les ailes intérieures ſont attachées dans cette eſpéce, (comme nous l'avons déjà remarqué à la Planche précédente,) aux grandes ailes extérieures, qui les couvrent, & ſe replient ſous elles: au deſſus de ces grandes ailes extérieures, on en voit deux pareilles mais plus petites: la couleur en général eſt ici d'un


N.º 1.
2.
4.
3.
7.
8.
6.
5.
10
12.
11
9
14.
13




Tab. LXXVII.
5.
6.
N° 1.
3.
4.
N° 2.
7
8


7.
8.
N°1.
2.
5.
9.
10.
3.
4.
6.
11.
12.

fuſcus. Alæ poſticæ ex ſubfuſco maculantur. Alæ anticæ & corpus ſubtilibus ſtriis, nigris variantur. Extremi pedes hujus, æque ac plurimarum, quæ heic exhibentur, Locuſtarum, perperam, ut ſupra jam notavimus, depicti ſunt.

Num. 3. & 4. Mirabile hoc Inſectum *Laternarius* vocatur, quia, fide D. *Merianæ* aliorumque auctorum, veſica de capite ejus prominens noctu tantam lucem ſpargit, ut ad legendum ſufficiat. Alæ, dilute flaveſcentes, ſubtilibus figuris, ſubnigris adumbrantur. Poſticæ ſingulæ ocellum gerunt, media macula flava & annulo ſature flavo griſeoque conſtantem. Ex parte capitis anteriore veſicæ æmula expanſio protuberat, quæ lucem in tenebris emittit. Sunt tamen, qui totum corpus phosphoricum eſſe aſſerunt. Hujus generis ſpeciem, at longe minorem, omnique modo diverſam, China quoque profert, multumque dubitamus, utrum, quæ proxime ſequuntur, ad hoc ipſum genus non pertineant. *Laternarius* iſte Surinamenſis eſt, & Locuſtarum peculiare genus conſtituit. Quocirca apparet falſum eſſe, quod *Merianæ* relatum eſt, hunc *Laternarium* ex *Cicada*, quam eadem Tabula depictam tradit, per metamorphoſin provenire.

Num. 5. & 6. Alæ anticæ rariſſimi hujus Inſecti dilute flavæ, ex nigro punctatæ: poſticæ ſature fuſcæ, extremis apicibus, duos monſtrant ocellos ſature flavos, nigris veluti pupillis. Corpus & caput pyramidatum, quaſi ſpinoſum, fuſco quoque colore ſunt.

Num. 7. & 8. Parum a priore diſcrepat. Alæ anticæ dilute griſeæ, maculis languide fuſcis: poſticæ medio eleganter ex aurantio rubræ, apicibus nigræ, poſterius fuſcæ; corpus & caput quoque fuſca. Annotatum quidem invenio, duas has ſpecies a *Capite Diaboli* denominatas eſſe, nequaquam vero unde oriundæ ſint.

TABULA SEPTUAGESIMA ET OCTAVA.

NUM. 1. ad 4. Præcedente Tabula hujus Locuſtarum ſpeciei maximam exhibuimus. Iſtæ minores ſunt & pro diverſa ſpecie habentur. Prior, num. 1. & 2. expreſſa, fuſca eſt, alarum anteriori margine ſubrufo, nigroque picto, reliqua area ex cinereo griſeo maculata. Num. 3. & 4. anteriore corporis parte ſubrufa, abdomine vero ſordide flavicat. Alis cum priore convenit. Utraque ſpecies Indiæ Orientalis inquilina eſt.

Num. 5. & 6. Vulgaris Locuſtarum ſpecies, alis utriſque fuſcis, ex nigro variatis. Corpus obſcurius fuſcum.

Num. 7. & 8. Libella Surinamenſis, corpore nigro, alis reticulatis, prope corpus fuſcis, ad extremum albis, ora anteriore nigra guttula notatis.

Num. 9. & 10. Corpus gilvo nigrum; alæ fuſcæ. Et hæc Americana eſt.

Num. 11. & 12. Hæc itidem Americana ſpecies corpore eſt nigro, alis ſuperne ſature cærulis, ex albo per medium ſtriatis, inferne ſature fuſcis, tenui limbo dilute fuſco marginatis.

d'un brun jaunâtre, & dans quelques-unes d'un brun obſcur: les ailes intérieures ſont marquées de taches tirantes ſur le brun: l'on voit auſſi quelques rayes fines & noires ſur le corps, & ſur les ailes extérieures. Les griffes ou ongles des extrémités ſont très mal repréſentées ici, comme à la plûpart des autres, ainſi que nous l'avons remarqué plus haut.

Num. 3. & 4. Cet Inſecte admirable eſt nommé *Porte-Lanterne*, à cauſe que, ſuivant Mad^{me} *Merian* & d'autres Auteurs, la veſſie qui fait une ſaillie au devant de ſa tête fournit de nuit autant de lumière, qu'il en faut pour lire: ſes ailes ſont d'un jaunâtre clair, & peintes de traits fins & noirâtres: ſur chacune des poſtérieures l'on voit un œil, dont le milieu eſt jaune, & les anneaux ou cercles ſont l'un de jaune obſcur, & l'autre gris. Sur le devant de la tête l'on voit une excreſcence en forme de veſſie, de laquelle la lumière ſort dans l'obſcurité, quoique d'autre prétendent, que c'eſt tout le corps qui fournit cette lumière. La Chine produit une autre eſpéce du même genre, mais beaucoup plus petite & toute différente, & nous ne doutons preſque fort, que les deux ſuivantes n'y appartiennent pareillement. Pour ce qui eſt de celui-ci, il vient de Surinam, & forme un genre de Sauterelles tout-à-fait particulier, par où il paroît qu'on a trompé Mad^{me} *Merian*, en lui faiſant à croire, que ce *Porte-Lanterne* provenoit par métamorphoſe de la *Cigale*, qu'elle a repréſentée à la même Planche.

Num. 5. & 6. Les ailes antérieures de cette eſpéce extrêmement rare ſont d'un jaune clair, picotées de noir, & les poſtérieures ſont d'un brun obſcur, marquées à leurs extrémités de deux ronds d'un jaune obſcur, qui ont comme des prunelles noires: ſon corps & ſa tête fort ſaillante & épineuſe, ſont pareillement bruns.

Num. 7. & 8. Différe un tant ſoit peu de la précédente; ſes ailes antérieures ſont d'un gris clair, tachetées de brun clair, & les poſtérieures ſont d'un beau rouge cramoiſi au milieu, noires à leurs extrémités & brunes au bas: ſon corps & ſa tête ſont pareillement bruns: dans mes Mémoires ces deux eſpéces portent le nom de *Tête de Diable*, mais je n'ai pas trouvé, qu'on ait marqué l'endroit où elles prennent naiſſance.

PLANCHE SEPTANTE-HUITIEME.

Num. 1. à 4. Nous avons fait voir à la Planche précédente une des plus grandes Sauterelles de cette famille. En voici de plus petites, qu'on croit être des eſpéces différentes. La premiére eſt brune, ayant les bords antérieurs des ailes rouſſâtres avec un deſſein noir, & le reſte de ces ailes tacheté de gris. La ſeconde eſt rouſſâtre du devant & tire vers le derrière ſur un jaune brun & ſale; reſſemblante pour les ailes à l'autre. Toutes deux viennent des grandes Indes.

Num. 5. & 6. Les quatre ailes de cette Sauterelle vulgaire ſont brunes, pointillées de noir, ſon corps eſt d'un brun obſcur.

Num. 7. & 8. Cette petite Demoiſelle de Surinam a un corps noir, & des ailes en rezeaux, qui ſont brunes près du corps, & ont par deſſus une petite tache noire à leurs extrémités.

Num. 9. & 10. Le corps de cette eſpéce eſt d'un noir fauve, & ſes ailes ſont brunes. Elle vient pareillement des Indes Occidentales.

Num. 11. & 12. Celle-ci eſt pareillement Américaine; ſon corps eſt noir, & le deſſus de ſes ailes eſt d'un bleu foncé, rayé de blanc dans le milieu, & le deſſous en eſt d'un brun obſcur, bordé d'un petit bord étroit de brun clair.

TABULA SEPTUAGESIMA ET NONA.

Auctoris annotationes significant, omnes, quæ hac Tabula sistuntur, species ex Promontorio Bonæ Spei allatas esse. Monitum velim, utramque faciem in omnibus illis speciebus, quarum descriptio nihil differentiæ indicat, colore & pictura eandem esse.

Num. 1. & 2. Locusta pulcerrima, alis extimis ex griseo fuscis, nigro adumbratis; intimis obscure virescentibus, ex obscure fusco, more tabulæ lusoriæ, tessulatis; corpore ex subrufo griseo fusco.

Num. 3. & 4. Locusta minor, alis externis itidem, sed dilutius griseis, ex nigro pictis; internis reticulatis, quæ superne circellis dilute rufulis, inferne paulo obscurioribus ornantur; corpore sature fusco.

Num. 5. & 6. Corpus, quale num. 1. Utræque alæ dilute griseæ, ex nigro pictæ.

Num. 7. & 8. Hæc, ex elegantissimis, quæ unquam visæ sunt, habenda, alas extimas gerit cæruleas, maculis albis; interiores pro parte dimidia quoque cæruleas, lineis sanguineis, parte reliqua itidem velut sanguine tinctas, maculis nigris; corpus griseo fuscum; at caput superne etiam eleganter rubrum, punctis albis. Varietatem hujus speciei Tab. LXXII. videre licet.

Num. 9. & 10. Nec priori pulcritudine cedit major ista species, cujus alæ externæ venuste virent, ora extrema & apicibus, utcunque mixta flavedine, fuscis, lineisque præterea & minutis maculis, gilvis velut obumbratæ. Internæ purpurascentes lineis obscurioribus & apicibus sature viridibus ornantur. Facie prona, internarum alarum anterior plica flabelliformis saturatius purpurea est, itidemque pars corpori proxima, & prope apices purpura ista veluti umbram deorsum projicit. Corpus ex rufo griseum, lineis nigris vel gilvis: caput supra virescit: pedes postici, saltui destinati, quoque virent.

Num. 11. & 12. Corpore hæc species est ex dilute griseo fusco, excepto capite, quod supra eleganter virescit. Alæ extimæ etiam dilute virides, ora gilvo virente circumdatæ. Alarum intimarum anteriores duæ plicæ quoque ex gilvo virent, lineis languide fuscis, ut in præcedente, striatæ, apicibus etiam ex pallide subfusco viridibus: reliquus harum alarum tractus, pulcre ruber, lineis sature rubris variatur.

Num. 13. & 14. Alæ extimæ flavæ, striis rufulis; intimæ dilutius flavæ; corpus obscure fuscum.

Num. 15. & 16. Corpus sature fuscum; alæ utræque ex dilute cinereo griseæ, striis dilute fuscis.

PLANCHE SEPTANTE-NEUVIEME.

Suivant les Mémoires de notre Auteur toutes les espéces, représentées à cette Planche, viennent du Cap de Bonne Espérance. Il est bon d'observer que par-tout où l'on ne spécifie rien de particulier pour leurs différens côtés, le dessus ne différe point du dessous, ni pour la couleur, ni à l'égard du dessein.

Num. 1. & 2. Sauterelle des plus belles, dont les ailes extérieures sont d'un brun gris, peintes de noir, & les internes d'un verd obscur, avec des petits carreaux bruns obscurs, en forme de damier: son corps est d'un brun gris & roussâtre.

Num. 3. & 4. Cette petite Sauterelle a pareillement les ailes externes grises, mais d'un gris un peu plus clair, marquées de figures noires: les ailes internes sont en réseaux, & ont par dessus des rayes circulaires d'un roux clair, & par dessous des rayes d'un roux plus obscur: son corps est d'un brun foncé.

Num. 5. & 6. Le corps de celle-ci est comme celui du Num. 1. & ses quatre ailes sont d'un gris clair, peint de noir.

Num. 7. & 8. Une des plus belles espéces qu'on puisse voir: ses ailes extérieures sont bleuës, marquées de taches blanches, de même que la moitié de ses ailes internes, sur lesquelles on voit de plus des rayes couleur de sang, l'autre moitié de ces mêmes ailes est d'un rouge couleur de sang, tacheté de noir: son corps est d'un brun gris, mais le dessus de la tête est d'un beau rouge, pointillé de blanc: l'on voit une variété de celle-ci à la Pl. LXXII.

Num. 9. & 10. Cette espéce plus grande n'est pas moins belle. Ses ailes externes sont d'un beau verd, bordées en dehors & à leurs pointes d'un brun plus ou moins jaunâtre, & marquées de rayes & de petites taches fauves en guise d'ombre: ses ailes internes sont pourprées, marquées de rayes plus obscures, & de verd foncé à leurs pointes: à l'envers des ailes internes le premier pli en éventail est d'un pourpré plus foncé, de même que la partie voisine du corps, & tout près des pointes de ces ailes, ce même pourpré forme en descendant comme une espéce d'ombre: son corps est d'un gris roussâtre, rayé de noir ou de fauve. Le dessus de sa tête est verdâtre: les pieds de derrière dont cet animal se sert pour sauter, sont pareillement verds.

Num. 11. & 12. Le corps dans cette espéce est d'un brun grisâtre clair, excepté le dessus de sa tête, qui est d'un beau verd clair: ses ailes externes sont pareillement d'un verd clair, entourées d'un bord verd plus obscur: les deux premiers plis de ses ailes internes sont de même d'un verd obscur, marquées comme à la précédente de rayes d'un brun pâle; leurs pointes sont aussi d'un verd pâle tirant sur le brun, & le reste des mêmes ailes est d'un beau rouge, marqué de petits traits rouges foncés.

Num. 13. & 14. Les ailes externes sont jaunes, marquées de rayes rousses, & les internes sont d'un jaune plus clair ou pâle; le corps est brun obscur.

Num. 15. & 16. Son corps est brun obscur, & ses quatre ailes sont d'un gris cendré clair, rayé de brun clair.


TABULA



№ 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13
14.




Tab. LXXX.
N.º 1.
2.
3.
4.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
14.
15.
16.


Tab. LXXXI.
N. 1.
7.
8.
4.
3.
9.
2.
10.
11.
12.
5.
6.
13.

TABULA OCTOGESIMA.

NUM. 1. & 2. Tab. LXXIV. varietas hujus ſpeciei iam propoſita eſt. Alæ externæ dilute virides; internæ flaveſcentes, ſaturiore flavo ſtriatæ. Corpus ſupra ſature viride, linea griſeo fuſca per mediam longitudinem decurrente: infra color viridis tantum ad alas usque extenditur, ac reliqua corporis facies cinerea eſt. Pedes fuſci.

Num. 3. & 4. Corpus ſature flavum, nigro pictum; alæ extimæ ſupra griſeæ, maculis dilutioribus, infra in totum dilute griſeæ; intimæ quoque griſeæ, lineis fuſcis.

Num. 5. & 6. Locuſtula corpore & alis extimis ſature viridibus; intimis reticulatis.

Num. 7. & 8. In univerſum concolor, ex obſcure ſubfuſco griſea.

Num. 9. & 10. Eximia Locuſta, corpore obſcure fuſco; alis externis paulo dilutioribus, ſubflavis, ſaturatius maculatis; internis nitide rubris, nigro variatis, ora poſteriore ex gilvo nigro obumbrata. Pedes quatuor antici, obſcure fuſci, extremis unguiculis rubris terminantur; poſtici duo, diluto virore nitidi, rubros quoque unguiculos monſtrant.

Num. 11. & 12. Alæ extimæ cinereo griſeæ, maculis cæruleis; interiores parte priore ſature cærulæ, reliqua dilute cærulæ, lineis plumbi colore cæruleſcentibus, oraque ſubfuſca, ex rufo maculata, terminantur. Corpus facie prona tota, ſupina autem prope ad caput usque fuſcum eſt, cetera obſcure cinereo griſeum. Pedes fuſci, at poſtici aurantii coloris. Locus natalis Promontorium Bonæ Spei.

Num. 13. & 14. Hujus etiam generis plures ſpecies parum variantes jam deſcripſimus. Alæ extimæ ſature virent; intimæ griſeæ ſunt, punctis maculisque nigris.

Num. 15. & 16. Nitida Locuſtula, alis extimis ſupra rufis, infra paulo dilutioribus; intimis ſupra in medio rubris, deinde faſcia alba, porro nigra ornatis, cetera pellucidis, reticulatis. Prona harum facies in medio diluta nitet flavedine, cui faſcia nigra ſe adjungit, tandemque contextus reticulatus. Corpus & pedes fuſci.

TABULA OCTOGESIMA ET PRIMA.

NUM. 1. Ob gracilitatem nomen *Scherminkel*, apud Belgas harum rerum curioſos obtinuit. Colore eſt dilute fuſco. In Indiis Orientalibus naſcitur.

Num. 2. Varietas eſſe videtur ſpecierum Tab. LXXVI. LXXVII. & LXXVIII. depictarum, in quibus alæ internæ cum externis concreverunt. Colore eſt fuſco, alis externis ex nigro faſciatis.

Num. 3. Alis, ut num. 1, caret eſtque colore nigerrimo.

Num. 4. Color ex ſubflavo fuſcus, parte corporis poſteriore aliquantum rufus.

Num. 5. Color obſcure fuſcus.

Num. 6.

PLANCHE QUATRE-VINGTIEME.

Num. 1. & 2. LA Pl. LXXIV. repréſente une variété de cette eſpéce: ſes ailes externes ſont d'un verd clair, & les internes ſont jaunâtres, rayées d'un jaune plus foncé: le deſſus de ſon corps eſt d'un verd obſcur, chargé d'une ligne brune griſe qui en traverſe le milieu dans ſa longueur. Par deſſous, le verd ne s'étend que juſqu'aux ailes, & le reſte du corps eſt d'un gris cendré: ſes pieds ſont bruns.

Num. 3. & 4. Le corps de cette eſpéce eſt d'un jaune obſcur peint de noir: le deſſus des ailes extérieures eſt gris, rempli de taches griſes plus claires; le revers eſt d'un gris clair uni: ſes ailes intérieures ſont pareillement griſes, marquées de taches rayées brunes.

Num. 5. & 6. Cette petite Sauterelle a le corps verd obſcur, de même que les ailes externes: les internes ſont en réſeaux.

Num. 7. & 8. Autre toute d'une ſeule couleur d'un gris obſcur.

Num. 9. & 10. Le corps de cette belle Sauterelle eſt brun obſcur; ſes ailes extérieures ſont un peu plus claires jaunâtres, marquées de pluſieurs taches plus foncées: les internes ſont d'un beau rouge, tachetées de noir, & leur bord poſtérieur eſt couvert d'une ombre de noir fauve: ſes quatre pieds antérieurs ſont bruns obſcurs, terminés par des griffes rouges, & ſes deux pieds ſauteurs ſont d'un beau verd clair, terminés auſſi par des griffes rouges.

Num. 11. & 12. Les ailes externes de celle-ci ſont d'un gris de cendre, tacheté de bleu: les internes ſont d'un bleu clair, marqué de quelques rayes d'un bleu plombé; leur bord tire ſur le brun, & porte quelques taches rouſſes: tout le deſſous de ſon corps & la partie du deſſus, qui va juſqu'à ſa tête eſt brune, le reſte en eſt d'un cendré obſcur. Ses pieds ſont bruns, mais les poſtérieurs ou les pieds ſauteurs ſont de couleur d'orange. Elle vient du Cap de Bonne Eſpérance.

Num. 13. & 14. Nous avons déjà repréſenté quelques eſpéces, de ce genre, qui ne différent que très peu entre elles. Les ailes extérieures ſont d'un verd clair, & les intérieures griſes, marquées de petites rayes & taches noires.

Num. 15. & 16. Cette belle petite Sauterelle a le deſſus de ſes ailes extérieures roux, & le deſſous roux un peu plus clair. Les intérieures ont par deſſus du rouge au milieu, enſuite une bandelette blanche, & une ſeconde noire; le reſte en eſt transparent & travaillé en réſeau. L'envers de ces mêmes ailes eſt d'un beau jaune clair au milieu, auquel ſe joint une bande noire, le reſte forme un reſeau: ſon corps & ſes pieds ſont bruns.

PLANCHE QUATRE-VINGT-UNIEME.

Num. 1. Cet Inſecte porte, chez les Amateurs de notre pays, le nom de *Scherminkel*, à cauſe de ſa maigreur ou de ſa figure grêle. Il eſt d'un brun clair, & nait aux Indes Orientales.

Num. 2. Semble être une variété des eſpéces repréſentées ſur les Pl. LXXVI, LXXVII & LXXVIII, & dont les ailes internes tiennent aux extérieures: ſa couleur eſt brune, & ſes ailes extérieures ſont marquées de rayes noires.

Num. 3. N'a point d'ailes comme le Num. 1. Il eſt d'un noir de jayet.

Num. 4. Eſt d'un brun jaunâtre, ayant la partie poſtérieure de ſon corps un tant ſoit peu rouſſe.

Num. 5. Eſt d'un brun obſcur.

Num. 6.

Num. 6. Color murinus. Omnes iſtæ ſpecies ad claſſem Locuſtarum pertinere videntur atque prorſus diverſæ ſunt ab illis, quæ nunc ſequuntur.

Num. 7. & 8. Scorpii aquatici minoris Scarabæus, plane diſcrepans ab illo, quem D. *Merian* depictum exhibet. Colore eſt obſcure fuſco, alis reticulatis, pro more omnium iſtarum ſpecierum.

Num. 9. & 10. Altera ejusdem Scorpii vel Scarabæi aquatici ſpecies, coloris gilvo nigri.

Num. 11. & 12. Species tertia, parte corporis anteriore, una cum pedibus, fuſca, poſteriore eleganter rubra, alis cinereo griſeis, quas rubræ venulæ diſtinguunt.

Num. 13. Scarabæus aquaticus, niger, lævis.

TABULA OCTOGESIMA ET SECUNDA.

Nous négligeons de parler des espéces de ce Regne les plus communes, parce qu'elles sont connuës depuis longtems; & nous n'avons représenté que les plus rares, celles qui viennent des Pays étrangers, & qu'on n'a pas souvent occasion de voir. Ce n'est qu'avec une peine infinie & à grands fraix, que nous sommes parvenus à rassembler dans notre Cabinet plus de six cent espéces différentes de ce genre de productions de la féconde Nature, de sorte que nous en avons une assez ample collection, pour pouvoir, autant que nous le permettent les bornes étroites de nos connoissances, exposer au grand jour les merveilles du Créateur dans cette dernière partie de l'Histoire Naturelle, & les faire admirer à ceux qui n'y font que peu ou point d'attention. Quiconque voudroit décrire avec une exactitude scrupuleuse, & en détail tous les Fossiles qu'on trouve en si grand nombre, & avec tant de magnificence, auroit besoin de la vie de plusieurs hommes. D'ailleurs notre plan nous borne à représenter & décrire briévement les espéces principales, les plus belles, & les moins communes. Du reste nous ne manquons pas de Livres composés par de très habiles Naturalistes, qui traitent cette matière avec toute l'étenduë & l'exactitude possibles. Tels sont, (pour n'en pas nommer de plus anciens,) *Agricola*, le Père *Kircher*, *Erkerus*; & plus recemment encore *Bruckman*, *Rumphius*, le Comte *Marsigli*, *Henckel*, *Linnæus*, *Pott*, *Wallerius*, *Woltersdorff*, & plusieurs autres. Nous allons donc sans autre préliminaire donner une description abrégée des Minéraux, qu'offre cette Planche.

Num. 1. *Mine d'Or de Sumatra.*

Ce morceau, très abondamment chargé d'Or, a été tiré

quum ejus metalli obryzi & ſature fulvo colore nitentis inſignes maſſulæ paſſim intra lapidem incuneatæ occurrant.

Num. 2. *Gleba ſimilis, priore grandior.*

Præcedenti quod ad originem & naturam conſimilis hæc gleba, ponderis unciarum viginti & duarum, pro majore ſua mole, etiam plus Auri continere videtur.

Num. 3. *Silex Japonicus auro ſolido intertextus.*

Silex ſine pari, undiquaque Auro intextus, octo unciarum pondere, longe plus auri, quam lapidis, continet. Colore eſt ex ſature rufo flavo, tractusque ejus auro vacui lit. A. A. A. notati monſtrant, quantum Saxo quantitas auri prævaleat. In fluvio Japoniæ *Riu* dicto inventus eſt. Perhibent eum fluvium quartam milliarii partem latum eſſe, curſuque valde præcipite labi, & nonnunquam, licet perraro, Silices hujusmodi auriferos ad litora ſua ejicere.

Num. 4. *Silex auro contextus ex fluvio quodam Novæ Hiſpaniæ.*

Species hæc Auro etiam, quam prior, plure dives, ſubtiliſſimis hujus metalli filis undique intertexta ac intime veluti commixta eſt. Et quanquam glebæ minus volumen eſt, præſtantior tamen haberi debet, quia pro ratione molis plus auri, ejusque ſaturatius fulvi continet, quam ſuperior Silex Japonenſis. Id genus Silices rariſſime, nec niſi caſu fortuito ad ripas fluviorum, qua in mare ſeſe exonerant, inveniuntur, ideoque in natali etiam loco auro contra cariores habentur. Videntur autem in montibus auriferis iſtius regionis nati eſſe & aquarum ex alto defluentium impetu de ſedibus ſuis avulſi abreptique & in fluvios usque provoluti. Quam ob cauſam & conſtanter videas, hujusmodi glebas, quæ in fluminibus reperiuntur, ſuperficie eſſe utcunque lævigata, rotundata, angulis detritis; quod frictioni ſuper fundo fluviorum attribuendum.

Num. 5. *Gleba aurifera Hungarica.*

Solido & ſature luteo Auro reſplendens pretioſa gleba lapide conſtat hinc illinc ſubrufo, alibi vireſcentibus quaſi venulis perreptato: unde liquet etiam æris feracem eſſe.

ré d'une des Mines de la côte occidentale de Sumatra, qui ſont des plus riches. La Pierre qui contient cet Or eſt un Quartz dur, & plus ou moins jaunâtre. Ce morceau peſe treize onces, & je croirois bien qu'il contient au moins ſix onces d'Or pur, car il offre de toutes parts des parcelles conſidérables d'Or maſſif & pur d'un jaune terne, enfoncées très avant dans la Pierre.

Num. 2. *Morceau de Mine ſemblable, mais plus grand.*

Ce morceau ſemblable au précédent par ſa nature & ſon origine, peſe vingt-deux onces, & contient plus d'Or que l'autre, étant auſſi plus grand.

Num. 3. *Caillou du Japon, parſemé d'Or maſſif.*

Ce beau Caillou, ſans pareil, pénetré par-tout d'Or, peſe huit onces, & contient beaucoup plus d'Or que de Pierre. La couleur de la Pierre eſt un jaune rouſſâtre foncé, & les endroits ou il n'y a point d'Or ſont marqués des Lettres A. A. A. & font voir combien la quantité l'Or prevaut ſur la Pierre. Ce Callou a été trouvé dans une Riviere du Japon, nommée *Riu*, qui, a ce qu'on prétend, a un quart d'heure de largeur, & un cours très rapide; elle rejette quelquefois, quoique rarement, de ces Cailloux tout parſemés d'Or.

Num. 4. *Caillou tout rempli d'Or, tiré d'une Rivière de la Nouvelle Eſpagne.*

Cette eſpéce, encore plus riche en Or que la précédente, eſt comme pénetrée & tiſſuë de toute part de fils très fins de ce même metal. Quoique ce morceau ne ſoit pas ſi grand que le précédent, il eſt cependant plus précieux, parce qu'à raiſon de ſa grandeur il contient moins de Pierre, & plus d'Or, qui d'ailleurs eſt d'un jaune plus ardent, que celui du Japon. Ces ſortes de Caillous ſe trouvent très rarement, & pour ainſi dire, par cas fortuit ſur les bords des Rivieres aux endroits où elles ſe jettent dans la Mer; de-là vient que même dans les pays qui les produiſent, ils ſont eſtimés plus cher que l'Or même. Il paroît qu'ils croiſſent dans les Montagnes voiſines, & que détachés de leurs miniéres par les torrents qui les lavent, ils ſont entrainés par les eaux juſque dans les Riviéres; c'eſt pour cette raiſon qu'on voit conſtamment à ces Cailloux une ſurface ronde & polie, ſans aucune inégalité, ce qu'il faut attribuer au frottement continuel qu'ils ſouffrent au fond des Riviéres.

Num. 5. *Mine d'Or d'Hongrie.*

Cette Mine eſt fort riche en Or maſſif & d'un beau jaune foncé. Sa Pierre ou ſa matrice eſt rouſſâtre en quelques endroits, & parſemée en d'autres de veines verdâtres: ce qui ſemble indiquer que cette Mine contient auſſi du Cuivre.

Num. 6.

Num. 6. *Minera Auri viridis, rarior, Indica Orientalis.*

Haud vulgaris glebula, admodum dura, ſplendore viridi ac colore purpuraſcente conſpicua; juxta probam docimaſticam, Auri obryzi plus quam tertiam partem continet.

Num. 7. *Gleba aurifera dives ex Inſula Borneo.*

Auro pollens lapis Indicus Orientalis, obſcure terrei & dilute griſei coloris, marmoris inſtar ex albo variatus, Aurum, forma bracteolarum, materiæ lapideæ interſitum monſtrat, quod, facta a nobis exploratione, tertiam totius ponderis partem ſuperat.

Num. 8. *Gleba aurifera Siamenſis.*

Lapis obſcure griſeus, venis albidis diſtinctus, granulis Auri ſolidi ſubtilibus, numeroſis, paſſim veluti conſitus eſt; minus tamen dives, quam priores.

Num. 9. *Lapis aurifer ex Sumatra.*

Singulari colorum varietate ornata gleba lapide conſtat rufo, venis albis variato, chryſocolla duriore, lapidea, eleganter virente, tanquam floribus æris extrinſecus affixis, decorato. Aurum, Aes & Marcaſitam continet.

Num. 10. *Gleba aurifera Americana.*

Auro dives & quaſi perfuſa, eoque tanquam in bracteolas extenſo, lapidem monſtrat durum, dilute virentem, ære gravidum. Ex Inſula Americæ Cuba delatam dono accepi.

Num. 11. *Gleba aurifera ex Nova Hiſpania.*

Elegans hoc fragmentum, ex provincia Novæ Hiſpaniæ Americanæ, *Camaguey* dicta, allatum, ultra dimidiam auri ſolidi partem habet, in lapide albido vel dilute griſeo, quem nigrum veluti corium, in quo Auri maſſulæ, tricolores, tanquam cryſtalli, defixæ emicant, extrinſecus obtegit. Glebas num. 1. & 2. hujus Tabulæ metalli pretio etiam ſuperat. Peregrinator, qui illud huc detulit, mihi narravit, ibidem loci, unde depromptum eſt, ingentem quoque reperiri numerum lapidum grandium, orbicularium, qui, inſtar lapidum molarium, circini accurate cæſi forent.

Num. 6. *Mine d'Or verdâtre, très rare, des Indes Orientales.*

Ce morceau des plus rares, & très dur, eſt d'un verd luiſant tirant ſur le pourpre. Il contient, ſuivant l'épreuve qui en a été faite, plus d'un tiers d'Or fin.

Num. 7. *Mine d'Or, très riche, de l'Iſle de Borneo.*

Cette Mine très riche en Or des Indes Orientales, eſt en quelques endroits d'une couleur de terre obſcure, en d'autres d'un gris clair marbré de blanc: l'Or y eſt dans la Pierre en forme de couches, & en fait plus d'un tiers, ſuivant l'épreuve que nous en avons faite nous mêmes.

Num. 8. *Mine d'Or qui vient de Siam.*

La Pierre qui contient cette Mine eſt d'un gris obſcur, & toute pleine de veines blanches: elle eſt comme parſemée de nombre de petits grains d'un Or pur & maſſif: elle n'eſt cependant pas ſi riche que les précédentes.

Num. 9. *Mine d'Or de Sumatra.*

Cette Mine eſt rare & ſinguliérement colorée; ſa Pierre eſt rouſſe, marquée de veines blanches, & ornée comme de fleurs de cuivre verdâtres, & qui y ſont attachées extérieurement. Cette Mine contient de l'Or, du Cuivre & de la Marcaſite.

Num. 10. *Mine d'Or de l'Amérique.*

Cette Mine, très riche en Or, eſt comme parſemée de ce metal, qui y paroît ſous la forme de petites lames ou de paillettes. La Pierre en eſt dure & d'un verd clair, ce qui marque une abondance de cuivre: on me l'a envoyé en preſent de l'Iſle de Cuba en Amérique.

Num. 11. *Mine d'Or de la Nouvelle Eſpagne.*

Ce beau morceau vient de *Camaguey*, Province de la Nouvelle Eſpagne en Amérique, & contient plus de la moitié d'Or maſſif dans une Pierre blanche ou griſe claire, couverte en dehors comme d'une croute noire, dans laquelle ſont enchaſſées les petites maſſes d'Or en forme de cryſtaux de trois différentes couleurs. Cette Mine eſt plus riche que celle des num. 1. & 2. de cette Planche. Le Voyageur qui m'a apporté ce morceau, m'a raconté, qu'au même endroit, qui fournit cette Mine, l'on trouve un nombre conſidérable de grandes Pierres rondes, ſemblables à des Meules, d'une rondeur auſſi parfaite, comme ſi elles avoient été tournées avec art. *Louis de Capiné* atteſte la même choſe dans ſon Voyage

forent. Idem testatur *Louis de Capiné* in Itinere suo Hispanico Americano; uti & *De Laet* in Itinerarii sui Americani libro 1. cap. 13. Asseveravit idem Peregrinator, nativos illos quasi molares lapides copioso auro pollere, ejusque veluti venis perfusos esse (an potius æris pyrites est, qui incautis facile auri specie imponit?) incolas tamen ejus regionis ob nimiam saxi duritiem illud negligere.

Num. 12. *Gleba aurifera, Americana.*

Olysipone nobis missa est, quo ex portu Americano *Vera Cruce* dicto delata fuerat. Lapis ejus subgriseus est, ex albo quasi marmoratus, passim miculis Auri consitus, nonnullisque prætere glebulis ejusdem metalli majusculis, ad latera sese efferentibus.

Num. 13. *Gleba Aurichalci nativi, e matrice sua, ramuli more progerminantis, ex Nova Hispania.*

Ex Nova Granada delatum rarissimum istud specimen nobis Carthagena missum est. Matrix, ex qua metallum aurei coloris, instar trunci propullulat, materie terrestri & Quartzo inter se concretis constat. Diceres glebam in flumine quodam inventam esse, quum matricis superficies hinc inde detritam sese & lævigatam exhibeat.

Num. 14. *Gleba Argentifera Japonica.*

Bruckmannus in *Magnalibus Dei* fide quorundam Itineratorum perhibet, Japoniam argenti fodinis valde divitem esse. Itaque hujusmodi specimen heic exhibemus valde eximium, prædives, bracteis Argenti solidi insignibus obsessum. Partem glebæ dimidiam Argento deberi dixerim. Pro matrice lapis est dilute griseus, marmorei generis. Japonia merito inter opulentissimas Insulas numeratur, præsertimque metallifodinis excellit. Gleba hæc ex Insula *Kinsima* ad nos delata est; tametsi sub gravi pœna prohibitum est, ne quid minerarum peregre transferatur.

Num. 15. *Gleba Argentifera ditissima, Norvegica.*

Elegantissima gleba, Dronthemo Norvegiæ allata, naturali forma, prout ex puteo eruta est, heic sistitur. Pondere uncias nouem superat, lapidisque vix semunciam intermixtam habet. Lapis albidus est ac nitidus. Vix regio in universo orbe datur, quæ venis tam potentibus Argenti, ejusque adeo puri, ditata sit.

ge de l'Amérique Espagnolle; ainsi que *de Laet* dans son Voyage de l'Amérique liv. I. chap. 13. Le même Voyageur m'a assuré qu'on trouvoit dans ces Meules naturelles beaucoup d'Or, & qu'elles étoient comme parsemées de veines de ce metal; mais peut-être étoit-ce un *Pyrite de Cuivre*, qui faute d'attention est pris souvent pour de l'Or. Il ajoutoit, que les Habitans de ces Pays-là, négligeoient ces Pierres, parce qu'elles sont trop dures.

Num. 12. *Mine d'Or de l'Amérique.*

Elle nous a été envoyée de Lisbonne, où on l'avoit apportée de *Vera-Cruz*, Port de mer dans l'Amérique. Sa pierre est grisâtre & comme marbrée de blanc, parsemée de toute part de petits points d'Or: on en voit cependant sur les côtés quelques parcelles massives, plus grandes.

Num. 13. *Mine d'Archal naturel, de la Nouvelle Espagne, sortant de sa matrice en forme de rameau.*

Ce morceau singulier & très rare vient de la Nouvelle Grenade, & nous a été envoyé de Carthagene. La matrice de laquelle ce metal de couleur d'Or s'éleve en forme de branche ou d'arbrisseau, est un composé de parties terreuses, & de parties Quartzeuses liées ensemble. Il semble que ce morceau ait été trouvé dans quelque Riviére, car la surface de sa matrice est comme usée & polie en plusieurs endroits.

Num. 14. *Mine d'Argent du Japon.*

Bruckman, dans ses *Magnalia Dei*, avance sur le témoignage de plusieurs Voyageurs, que le Japon est très riche en Miniéres d'Argent. Nous en représentons ici un bel échantillon dans ce morceau très riche, & tout plein de paillettes d'Argent massif. Il y a bien la moitié de la mine d'Argent. Sa matrice est une Pierre de gris clair, de la nature du marbre. Le Japon est compté à juste titre entre les Isles les plus riches en Mines. Ce morceau a été apporté de l'Isle *Kinsima*, malgré l'exactitude de ceux qui sont chargé d'empêcher la sortie des minéraux.

Num. 15. *Mine d'Argent de Norvege, très riche.*

Ce magnifique morceau a été apporté de Drontheim en Norvege, & est représenté ici tel qu'il a été tiré naturellement d'un puits. Il pese plus de neuf onces, & contient à peine une demi-once d'une Pierre blanche & luisante. Il n'y a presque point de Pays au Monde qui ait des Mines si abondantes, & d'un argent aussi pur que la Norvege.

Num. 16. *Gleba Argenti nativi, Africana.*

Forma externa hujus particulæ valde ſingularis eſt. Argentum filorum & ramulorum inſtar concretum atque intertortum, pauca modo lapidis albi portione interſita, longe maximam glebæ partem conſtituit. Accepi ex ora Guineenſi.

Num. 17. *Argentum nativum ex Norvegia.*

Gleba fere tota ſolido conſtat Argento, tantillum albi lapidis ſi exceperis. Ex Chriſtiania ad nos pervenit.

Num. 18. *Gleba alia, Argenti nativi, Norvegica.*

Eximia maſſula, tota fere quanta argentea, particulam matricis quarzoſæ, griſeæ, unde progerminavit, ſibi adhuc affixam monſtrat.

Num. 19. *Gleba Argentifera ex Germania.*

Lapis hujus glebæ valde durus, ſature cærulus, parte ſubgriſeus, cum lævigatur, Argenti granulis bracteolisque undique emicantibus conſitum ſeſe exhibet; videturque tam dives eſſe, ut totius glebæ dimidium Argento conſtet. Ex Joangeorgiopoli, prope Sneebergam, in Saxonia, ad nos pervenit.

Num. 20. *Gleba Argentifera, Japonica.*

Elegantiſſima gleba, dilute rufi coloris, Argentum, forma albarum cryſtallorum, undique ex ſuperficie progerminans monſtrat, ſimilem fere in modum, uti metallum hoc, Aqua forti ſolutum, frigore in cryſtallos concreſcere ſolet. Accepi ex inſula *Ginſima.*

Num. 21. *Argentum nativum ex Norvegia.*

Naturalis hæc Argenti vegetatio eſt, qua pulcriorem vix invenire liceat. Metallum ſolidum, in plura veluti folia coſtata expanſum, Tulipam non inepte refert cauli anguſtifolio inſidentem. Pondus unciarum novem & ultra.

Num. 22. *Gleba argentifera, foliacea, inuſitati valoris, Africana.*

Specimen hoc, inter præſtantiſſimas Muſei Foſſilium glebas merito numerandum, ultra quatuor libras pendet & pro dimidia fere parte nativo Argento conſtat. Metallum forma bracteolarum,

Num. 16. *Mine d'Argent pur d'Afrique.*

La figure extérieure de ce petit morceau eſt ſinguliere. L'Argent y eſt tiſſu & comme entortillé en forme de filaments & de branches; il en conſtitue la plus grande partie, le reſte n'étant qu'une petite portion d'une Pierre blanche. Il nous eſt venu de la Guinée.

Num. 17. *Argent naturel de Norvege.*

Ce petit morceau qui paroît ici, eſt presque tout d'un Argent maſſif, n'ayant que fort peu d'une ſubſtance pierreuſe blanche. Nous l'avons reçu de Chriſtiania.

Num. 18. *Autre morceau d'Argent Natif, de Norvege.*

Ce beau petit morceau, qui eſt preſque tout argent, eſt encore attaché à une partie de ſa matrice griſe & approchante du Quartz, d'où il a pouſſé.

Num. 19. *Mine d'Argent d'Allemagne.*

La Pierre de cette Mine eſt très dure, d'un bleu foncé & en partie griſâtre; quand on la polit, elle paroît toute parſemée de petits grains & de feuillets d'Argent, qui brillent de toute part: elle ſemble ſi riche qu'elle contient bien la moitié d'Argent. Ce morceau nous vient de *Jean-Georgeville*, près de *Sneebergue* en *Saxe.*

Num. 20. *Mine d'Argent du Japon.*

Voici un très beau morceau roux clair, de la ſurface duquel l'argent ſemble germer ou pouſſer de tous les côtés en forme de quilles de cryſtal blanc, à-peu-près de la même maniére, qu'on voit ce metal diſſout dans de l'eau forte, prendre en froidiſſant la forme de cryſtaux. Il vient de l'Iſle de *Ginſima.*

Num. 21. *Argent Natif de Norvege.*

On ne peut rien voir de plus beau que cette végétation naturelle d'Argent. Ce metal maſſif y paroît étendu par feuilles à côtes relevées, & ne repréſente pas mal une Tulipe, ſoutenue par une tige à feuilles étroites. Cette maſſe peſe au-delà de neuf onces.

Num. 22. *Mine d'Argent en feuillets, d'une valeur ineſtimable de l'Afrique.*

Ce morceau merite à juſte titre une des premières places entre les Foſſiles de ce Cabinet; il peſe au-delà de quatre livres, dans leſquelles il y a près de la moitié d'Argent maſſif. Le mé-

larum, ſusque deque inter ſe compoſitarum, matrici quarzeæ, uti videtur, inſidet. Bracteolæ notabilis craſſitiei, ex filamentis coagmentatæ, panni linei velut texturam referunt. Quodſi particulam Argenti de rima lapidis effringas, contextorum filamentorum impreſſiones in vicini lapidis ſuperficie conſpicere licet: unde credas Argentum prius coaluiſſe, dein interſitum concreviſſe lapidem, eoque factum eſſe, ut ectypam Argenti imaginem exhiberet. Ejusdem ſpeciei aliam præterea maſſam argentiferam poſſidemus, quæ tamen, cum decem libras ponderet, ob nimiam molem haud commode in hac Tabula repræſentari potuit. Utraque gleba nobis ex Guinea allata eſt.

Num. 23. *Gleba argentifera ex Indiis Orientalibus.*

Siamenſis eſt & libram pendet, matrice ſaxea, obſcure griſea, vix ſemunciam ponderante. Argentum nitido candore conſpicuum.

Num. 24. *Gleba alia argentifera, Indica Orientalis.*

Ditiſſima gleba, ex inſula *Timor*, filamentis quaſi capillaribus Argenti ſolidi conſita, Argentum trichites fodinarum Sylvæ Hercyniæ & Saxoniæ æmulatur. Lapis griſeus eſt & ex albo nitens.

Num. 25. *Gleba Auro, Argento & Aere gravida, ex Nova Hiſpania.*

Icone hac ſiſtimus eximiam particulam, metalli triplicis, Auri, Argenti & Aeris compotem. Aurum forma filorum progerminans medium locum tenet. Aes ſubrufo continetur lapide, cetera obſcure griſeo albisque venis veluti marmorato.

Num. 26. *Gleba argentifera, Hungarica.*

Argentum rude, plumbei coloris, vel & *vitreum* appellatur hæc mineræ ſpecies; quæ, tametſi ſulphure inquinatum Argentum habet, hujus tamen tres quartas partes fundit. Gleba ſubgriſei eſt coloris, ac ſede ſuperiore ramulos aliquot Argenti capillaris monſtrat.

Num. 27. *Gleba aurifera, Americana.*

Auri potens vena heic in Pyrite ærario, flavo, habetur, ſtipata inſuper Pyrite ſulphureo. Multis quidem & lapidum & minerarum ſpeciebus Aurum inſidet, at ſemper tamen in ſeſe purum, quantumvis alienis interpoſitum.

métal y eſt en forme de feuillets, rangés irréguliérement en tous ſens dans une matrice qui ſemble être du Quartz: les lames ou feuillets ſont d'une épaiſſeur remarquable, & compoſés de filaments, formant un tiſſu aſſez reſſemblent à un morceau de toile. En detachant une partie métallique de ſa matrice pierreuſe, on voit le tiſſu filamenteux imprimé ſur la ſurface de la Pierre voiſine, ce qui feroit preſque croire, que l'Argent a été formé le premier, que la Pierre enſuite s'y eſt accruë, & qu'en le pénétrant, elle en a pris la figure interne. Nous poſſedons encore un autre morceau de la même eſpéce de Mine d'Argent, qui peſe dix livres, & que ſa grandeur n'a pas permis de faire entrer ſur cette Planche. Ces deux morceaux nous viennent de Guinée.

Num. 23. *Mine d'Argent des Indes Orientales.*

Ce morceau vient de Siam, & peſe une livre. La matrice eſt une eſpéce de roche griſâtre, qui peſe à peine une demi-once: l'Argent s'y fait reconnoître à ſa blancheur brillante.

Num. 24. *Autre Mine d'Argent des Indes Orientales.*

Ce morceau très riche, venant de l'Iſle de *Timor*, eſt tout parſemé comme de filaments capillaires d'Argent maſſif. Il eſt preſque ſemblable à la Mine d'Argent, qui vient des Miniéres de la Hercynie & de Saxe. La Pierre en eſt griſe & d'un blanc luiſant.

Num. 25. *Mine de la Nouvelle Eſpagne, qui contient de l'Or, de l'Argent & du Cuivre.*

Cette figure repréſente un morceau de Mine très curieux, qui contient trois ſortes de metaux, de l'Or, de l'Argent & du Cuivre: l'Or y tient le milieu; l'Argent ſemble végéter en forme de filaments; le cuivre eſt contenu dans une Pierre rouſſâtre, dont le reſte eſt de gris obſcur, & comme marbré de veines blanches.

Num. 26. *Mine d'Argent de la Hongrie.*

Cette eſpéce de Mine d'Argent eſt de couleur de plomb, & porte le nom de Mine de Verre; les trois quarts y ſont de fin Argent, qui eſt cependant toujours ſouillé de ſouphre: la couleur de ſa matrice eſt griſâtre, & l'on voit à ſa partie ſupérieure quelques rameaux d'un Argent filé ou capillaire.

Num. 27. *Mine d'Or de l'Amérique.*

Cette veine très riche en Or eſt contenue dans une Mine de Cuivre jaune, mêlé de beaucoup de ſouphre. On trouve l'Or dans pluſieurs eſpéces de Pierres & de Mines, mais quelque mêlé qu'il ſoit avec d'autres ſubſtances, il reſte toujours pur en ſoi-même.



Tab. CI.
N.o 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.
14.
A.
14. B.
15. D.
15. C.
16.
17.
18.
19.
20.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
29.
30.
30.
30.
30.
31.
31.

Num. 28. *Gleba aurifera ejusdem generis, aliquantum tamen diversa.*

Priori similis hæc gleba differt eo, quod & Pyritæ sulphurei, & Auri minus contineat; plus vero lapidis, qui rufo quasi Rubini colore est, parte rotundus, parte crystallis acuminatis obsitus.

Num. 29. *Gleba argentifera, Virginiana.*

Argentum, dimidiam ponderis partem superans, absolutum, frondium more, de lapide obscure griseo progerminat & in ima glebæ sede, forma granulorum, veluti radicatum cernitur.

Num. 30. *Gleba Argenti & Aeris compos, Africana.*

Ex Promontorio Bonæ Spei nobis allata gleba lapide constat ex purpurascente rubro, quem dives Argenti vena perreptat, extremisque sedibus efflorescens Chrysocolla amœno virore ornat.

Num. 31. *Gleba argentifera, Arabica.*

Dimidia fere lapidis pars Argento veluti consita est; reliquam partem laminæ argenteæ tegunt, Auro veluti obductæ; qui color superficiei modo adlitus esse videtur. Gleba nonnullis sedibus cyanei est coloris albisque venis distincta, Auro quasi sparsim interlucente. Accepi ex Museo veteris cujusdam Oryctophili, ad quem ex Arabia pervenerat.

TABULA CENTESIMA ET PRIMA.

Num. 1. *Gleba Aeris compos ex Nova Hispania.*

Ditissima Cupri vena matrice lapidea, alba, Aerugine veluti marmorata, continetur.

Num. 2. *Aeris minera Mexicana.*

Gleba Americæ Septentrionalis, lapide constat dilute viridi, ex albo marmorato, bracteato, de Spathi genere. Metalli tamen minus, quam prior, habet.

Num. 3. *Gleba Aeraria ex Norvegia.*

Aes, quod Germanis *Gediegen*, id est, nativum audit, ex lapide ferrario quarzoso progerminat. Gleba reperta est in parva Insula prope *Mos-Syderfelds.*

Num. 28. *Mine d'Or du même genre, & cependant un peu différente.*

Ce morceau ressemble au précédent, mais il contient moins de Souphre, & moins d'Or pur, mais d'avantage d'une Pierre de couleur de rubis en partie arrondie, & en partie terminée en crystaux pointus.

Num. 29. *Mine d'Argent de la Virginie.*

L'Argent massif fait ici plus de la moitié du poids, & semble germer en forme de feuillages de sa matrice, qui est une Pierre grise obscure; au bas du même morceau le métal paroît comme semé en forme de graines.

Num. 30. *Mine d'Argent & de Cuivre d'Afrique.*

Ce morceau nous a été envoyé du Cap de Bonne Espérance. C'est une Pierre d'un rouge pourpré, très richement parsemée d'Argent, à ses extremités l'on voit nombre de fleurs vertes de Cuivre.

Num. 31. *Mine d'Argent d'Arabie.*

Près de la moitié de cette Pierre est comme parsemée d'Argent, le reste en est couvert de lames d'Argent, qui paroissent comme dorées, mais cette dernière couleur n'est qu'une teinte superficielle. En quelques endroits la Pierre est d'Azur, marquée de veines blanches, & de quelques pareilles d'Or par-ci par-là. Ce morceau m'est parvenu du Cabinet d'un Amateur de Fossiles, qui l'avoit reçu d'Arabie.

PLANCHE CENT-UNIEME.

Num. 1. *Mine de Cuivre de la Nouvelle Espagne.*

Cette Mine est très riche en Cuivre; sa matrice est une Pierre blanche & comme marbrée de verd de gris.

Num. 2. *Mine de Cuivre du Mexique.*

Cette Mine de l'Amérique septentrionale, consiste en une Pierre d'un verd clair marbré de blanc, écailleuse, & de la nature du Spath. Elle contient moins de Cuivre que la précédente.

Num. 3. *Mine de Cuivre de Norvege.*

Cette Mine de Cuivre de Norvege, qui porte le nom de *Gediegen*, ou native chez les Allemands, a été trouvée dans une Isle près de *Mos-Syderfelds*. C'est du Cuivre massif, qui croît ou germe d'une Pierre ferrugineuse & quartzeuse.

Num. 4. *Gleba aerifera, cryſtallina, rariſſima.*

Ima ſede vegetatio Cryſtallorum minutarum, acuminatarum, albarum comparet; ſuperne apiculi tenues, ærarii progerminant. Locus natalis ignotus.

Num. 5. *Gleba aeraria, Virginiana.*

Aes abſolutum purumque heic non habetur, ſed alienis mixtum, prout in mineris omnibus obtinet, variis coloribus ludens intus latitat. Lapis obſcure griſeus.

Num. 6. *Aes nativum ex Suecia.*

Gleba ultra tres libras pendet, nec niſi media ſede & a latere aliquid lapidis quarzei, diluti coloris, habet; reliqua parte merum Aes eſt, abſolutiſſimum, obſolete fuſcum. Raro tam eximiæ maſſæ effodiuntur.

Num. 7. *Aes nativum ex Japonià.*

Elegantiſſima gleba, qualem rariſſime apud nos conſpicere datur, Aere etiam nativo gravida, intermixtum monſtrat lapidem perpaucum, luteo griſeum. Quæ ſuperficiem ornant, protuberantia granula, guttis liquati metalli ſimilia, venuſtiſſimo rubore nitent haud aliter, quam præſtantiſſimum Cuprum Japonicum, quod forma bacillorum ad nos transfertur. Pondus eſt quinque librarum.

Num. 8. *Aes nativum cum Cinnabari ex Japonià.*

Glebæ eximiæ pondus eſt librarum quinque & dimidiæ, cujus beſſis ſolido conſtat metallo, ramorum more vegetante. Lapis interſitus, dilute cinerei coloris, ſparſim granulis Cinnabaris nativæ, veluti cryſtallinis reſplendet.

Num. 9. *Aes nativum Siamenſe, Metallum* GANS *appellatum.*

Curioſi non ignorant, *Rumphium*, in ſuo *Muſeo Amboinenſi*, mentionem facere metalli cujusdam GANS dicti, & perhibere, illud in regno Pegu æque ac in Siamenſi pervulgatum eſſe, monetam, vaſa & utenſilia cudendo aut fundendo ex eo confici, edicto autem cautum eſſe, ne peregre transferatur. Addit etiam, credere ſe, ex Cupro & Stanno colliquatis eſſe compoſitum. Gleba hæc eo nobis nomine tradita eſt, quod iſtud metallum, uti naturaliter ſeſe habet, contineat. Equidem exiſtimo potius, eſſe Aes nativum, quod largiſſime per totam glebam diffuſum minutis moleculis, pallide luteis, lapide dilute cinereo griſeo veſtitis, ſeſe effert.

Num. 4. *Mine de Cuivre, Cryſtalline, très rare.*

Au bas paroît une végétation de petits Cryſtaux blancs & pointus, & vers le haut l'on voit germer nombre de petites pointes d'un Cuivre rouge. L'on ignore d'où cette Mine vient.

Num. 5. *Mine de Cuivre de la Virginie.*

Cette Mine ne contient pas du Cuivre pur & maſſif, mais mêlangé avec d'autres ſubſtances, & caché ſous diverſes couleurs, ainſi que dans toutes les Mines: ſa matrice eſt une Pierre d'un gris obſcur.

Num. 6. *Cuivre natif de Suéde.*

Ce morceau peſe au-delà de trois livres, & n'a qu'un peu de Pierre d'une couleur claire, de la nature du Quartz, au milieu & ſur les côtés; étant pour le reſte du Cuivre pur & maſſif, d'un brun obſcur; l'on trouve rarement de ſi beaux morceaux.

Num. 7. *Cuivre natif du Japon.*

Ce précieux morceau, dont on voit très rarement les pareils dans nos contrées, contient beaucoup de Cuivre pur & maſſif, mêlé d'un tant ſoit peu de Pierre d'un gris jaune: les petits grains ſemés à ſa ſurface ſont ſemblables à des gouttes d'un métal fondu, & d'un rouge auſſi brillant, que le plus beau Cuivre du Japon, qu'on nous apporte en barres. Ce morceau peſe au-delà de cinq livres.

Num. 8. *Cuivre végétal joint à du Cinabre du Japon.*

Ce beau morceau eſt du poids de cinq livres & demi, dont plus des deux tiers conſiſte en Cuivre maſſif, qui y paroît ſous la forme d'une végétation branchue: la Pierre, qui y eſt entremêlée eſt d'un cendré clair, & parſemée par-ci par-là de petits grains de Cinnabre natif en forme de petits Cryſtaux.

Num. 9. *Cuivre natif de Siam, ou le Métal nommé GANS.*

Les Amateurs n'ignorent pas que *Rumphius*, dans ſon *Cabinet d'Amboine*, fait mention d'un certain Métal, qui porte le nom de GANS, en y ajoutant que ce Métal eſt commun dans les Royaumes de Pegu & Siam, qu'on en bat de la Monnoye, & qu'on en fond des pots & autres uſtenſiles, mais que le tranſport au dehors en eſt défendu: il croit de plus que c'eſt un mêlange de Cuivre & d'Etain. Ce morceau nous a été envoyé comme contenant ce Métal, ainſi que la Nature le fournit; je croirois plûtôt que c'eſt une Mine de Cuivre natif, lequel y étant par-tout largement ſemé, paroît en petites parcelles d'un jaune pâle entre la Pierre, dont la couleur eſt un gris cendré clair.

Num. 10. *Aes nativum, Sinense.*

Præstantissima gleba æraria ex monte Sinico *Corstum Baga* vocato protracta est. Montis nomen Aeris veluti fluentum notare dicitur, ejusque puteos quotannis ditescere ac majorem metalli copiam largiri. Si fides est *Vriesio* aliisque Auctoribus, promptuarium hoc est, unde Sinenses maximam Cupri partem hauriunt, ex quo suas statuas, tormenta bellica, campanas &c. fundunt. Capto propria manu experimento massa hæc, septem & dimidiam libras ponderans, vix quartam partem materiæ lapideæ continet; quod superat, nativum ac ductile Cuprum est. Lapis rufogriseus, Chrysocolla tinctus.

Num. 11. *Gleba Aeraria, Mexicana.*

Specimen hoc nobis dedit vir quidam rerum fossilium simul & amantissimus & valde peritus, qui illud, ex puteo agri Pachmensis, ab urbe Mexico decem leucis dissiti, effossum inque Angliam translatum ac sibi traditum, magno in pretio habuit. Glebula quidem parvæ molis est, sed Aere solido ditissima, quod per lapidem crystalli more nitentem, quarzosum sese diffundit. Quam num. 2. hujus Tabulæ exhibuimus, gleba longe diversa est.

Num. 12. *Aes nativum ex Hibernia.*

Purissimum heic Aes habetur, saxi plane expers, absolutissimum omnique ex parte minutis veluti granulis coagmentatum.

Num. 13. *Solea ferrea Muli in Aes conversa.*

Quum massa Ferri committitur Aquæ vitriolicæ, multo Aere imprægnatæ, qualem putei quidam, in Hungaria, a natura paratam ac metallicolis *Aquam Cæmenti* dictam, fundunt; tunc Ferrum ab ea roditur, solvitur, Aerisque particulæ, quibus ante imbuta fuerat, sic excussæ locum Ferri occupant. Attamen sunt, qui negant Ferri in Cuprum transmutationem hoc modo fieri, asseruntque Ferrum *Aquæ Cæmenti* interventu deliquescere & solvi, tum aquam soluto hoc Ferro gravidam coctione inspissari & ad siccitatem redigi, massamque dein cum Vitrioli Cyprii quantitate Ferro adhibito æquiponderante *calcinari*, ut denuo in Ferrum abeat. Ex massa ista *calcinata* elegantissimi coloris *Crocus Martis*, quo melior parari nequit, acquiritur.

At vero pervulgatum est & quibusvis etiam Chalcographis sat notum, *Aquam Fortem*, qua utuntur ad erodendum, postquam in laminis æneis scalpro aut acu icones delinearunt, quamque de lamina in laminam transfundunt, tandem frequenti in Cuprum actione particulis hujus metalli ita saturari, ut massam Ferri, clavem v. g. aut aliud ferramentum, aliquanto tempore in ea repositum, crusta rubra, æraria undiquaque obducat. Quæ supra memoravi, mecum per literas

Num. 10. *Cuivre Natif, venant de la Chine.*

Ce beau morceau de Mine de Cuivre, est tiré d'une Montagne de la Chine, nommée *Corstum Baga*, ce qui se traduit par Fleuve de Cuivre, & on raconte que les Miniéres de cette Montagne deviennent de jour en jour plus riches en Cuivre. Si l'on en croit *de Vries*, & d'autres Auteurs, c'est le Magazin, dont les Chinois tirent presque tout le Cuivre, dont il fondent leurs Statuës, leur Canon & leurs Cloches, &c. Cette grande masse ou Mine de Cuivre du poids de sept livres & demi, contient à peine, suivant l'épreuve que nous en avons faite, un quart de son poids de matière pierreuse, le reste étant du Cuivre natif & malléable. La Pierre en est d'un gris roux, teint de verd de gris.

Num. 11. *Mine de Cuivre du Mexique.*

Le morceau de Mine représenté ici, nous a été donné par un grand Amateur de Fossiles, & en même tems bon Connoisseur, qui en faisoit un cas particulier. Il l'avoit reçu d'Angleterre, où il avoit été apporté d'une des Mines de Pachma, à dix lieuës de Mexico. Ce morceau n'est pas grand, mais il abonde en Cuivre massif, qui est distribué par-tout dans une matrice de Pierre luisante comme du Crystal, & de la nature du Quartz. Cette Mine est tout-à-fait différente du morceau, que nous avons fait voir au num. 2. de cette Planche.

Num. 12. *Cuivre natif, qui vient d'Irlande.*

Ce Cuivre natif est des plus purs, sans aucune mêlange de Pierre, tout-à-fait massif, & comme un monceau de petits grains accumulés les uns sur les autres.

Num. 13. *Fer de Mulet changé en Cuivre.*

Quand on jette un morceau de Fer dans de l'Eau vitriolique, qui tient une grande quantité de Cuivre en dissolution, comme on en trouve dans quelques Mines de la Hongrie formée par la Nature même, que les Ouvriers des Mines nomment *Eau de Ciment*, alors elle ronge le Fer, le dissout, & les particules de Cuivre, qu'elle tenoit dissoutes auparavant, s'échappent & prennent la place de celles du Fer. Il y a cependant des gens, qui nient que le changement de Fer en Cuivre se fasse de cette manière, & qui prétendent que le Fer rendu fluide par cette *Eau de Ciment*, s'y dissout, & qu'ensuite on fait épaissir l'eau chargée de Fer, par une coction forte qui la réduit en une matière seche, que l'on *calcine* après avec une quantité de Vitriol de Chypres, égale à celle du Fer qu'on avoit employé, afin de le faire changer de nouveau en Fer. Cette masse ainsi *calcinée*, donne un *Crocus martial* d'une grande beauté, quant à sa couleur, & l'on ne croit pas pouvoir en faire de meilleur.

Rien n'est cependant plus commun, & il n'y a pas un Graveur en Cuivre qui ignore, que l'eau forte que l'on employe à creuser les figures tracées sur le Cuivre, au burin ou à l'éguille, & que l'on passe d'une Planche sur l'autre, que cette *Eau Forte*, dis-je, par le séjour réiteré, qu'elle a fait sur le Cuivre, s'en impregne tellement, qu'un morceau de Fer poli, une cléf ou autre chose, y ayant trempé quelque temps, se

ras ex Hungaria miſſas communicata ſunt, meoque arbitratu demonſtrant ſaltem, quod Ferrum tali modo rurſus in conſpectum produci ac recuperari poſſit.

Num. 14. & 15. *Soleæ Equinæ fragmenta ex Norvegia.*

Ex Norvegia iſthæc accepi transmiſſa. Fragmentum, cujus media pars adhuc ferrea eſt, num. 14. lit. A. notavimus: alterum, totum in Aes converſum, num. 14. lit. B. habetur: tertium ſub num. 15. lit. C. ferrum eſt nondum arroſum, coloris ſubruſi externe, quaſi rubigine ſordens. Num. 15. lit. D. monſtrat particulam Ferri nitidam, quæ intra fragmentum lit. C. recondita fuerat.

Num. 16. *Scutella ex Ferro Hungarico, in Aes mutata.*

Ex Ferro Hungarico confecta Scutella, modo ſupra memorato in Cuprum converſa, ad vini potum aptata, cælaturis intra cavitatem ſuam eminentibus domunculas, inſtrumenta atque labores Metallifoſſorum artificioſe expreſſa oſtentat. In medio Metallifoſſor conſpicitur Saxulum diffindens. Cava ſuperficies Auro obducta eſt, itemque anſæ & margo exterior, cui ſequentes verſiculi, idiomate Teutonico, inſculpti leguntur, quorum hic ſenſus eſt Latine redditus:

Mater mihi fuit durum Ferrum.
Quæ Sobolem peperit indolis Aerariæ.
Hæc Virunculum profert Argenteum.
Venuſteque obducta eſt Auro.

Hanc mihi Scutellam, præter tres alias, diverſo ſingulas modo fabrefactas peculiarique inſcriptione ornatas, Vienna Auſtriæ dono miſit D. *Joannes Fridericus Guntter de Sternegg*, Pharmacopœus Perſonæ & Aulæ Sacræ Cæſareæ Majeſtatis, Vir in Hiſtoria Naturali verſatiſſimus.

Num. 17. *Lignum in Aes converſum.*

Rariſſimum hoc exemplum ligni pro parte in Aes mutati, una cum pluribus aliis foſſilibus valde pretioſis, nobis comparavimus ex auctione Muſei Foſſilium D. *Antonii Grill*, dum viveret, Docimaſtæ ad tabernam nummariam Amſtelædamenſem, reique metallicæ curioſiſſimi pariter ac peritiſſimi. Segmentum hoc ligni, cujus ſpeciem ignoro, a latere convexo Aes nativum monſtrat, forma minutorum cryſtallorum veluti progerminans. Difficile autem eſt modum, quo id evenerit, determinare; niſi quis exiſtimaverit, quæ ſupra de Ferri in Cuprum transmutatione, per *Aquam Cæmenti* dictam, memoravimus, aliquid lucis heic afferre poſſe.

Forſan lignum iſtud, quod tenaci compagine eſſe videtur, olim pali aut fulcri vice in Metalli-

ſe trouve par-tout couvert d'une croute de Cuivre. Tout le procédé dont j'ai fait mention ci-deſſus, m'a été communiqué d'Hongrie par lettres, & prouve au moins ſelon moi, que le Fer peut-être reproduit artificiellement de cette manière.

Num. 14. & 15. *Morceaux d'un Fer de Cheval, de Norvege.*

J'ai reçu ces piéces de la Norvege. Le morceau dont le milieu eſt encore de Fer, eſt repréſenté au num. 14. lit. A. Le ſecond morceau tout changé en Cuivre eſt au num. 14. lit. B. Le troiſiéme au num. 15. lit. C. eſt du Fer non rongé, d'une couleur rouſſâtre en dehors, & comme couvert de rouille. Num. 15. lit. D. repréſente un petit morceau de Fer luiſant, qui a été au dedans du morceau C.

Num. 16. *Petite Coupe de Fer d'Hongrie, changée en Cuivre.*

Cette petite Coupe faite de Fer d'Hongrie, & changée en Cuivre de la manière ſusditte a ſervi de taſſe à boire, & l'on voit au fonds un ouvrage très artiſtement ciſelé, qui repréſente les logemens, les inſtrumens & les travaux des Mineurs: on voit au milieu un de ces Ouvriers, qui fend un petit rocher. Sa ſurface creuſe eſt couverte d'Or, de même que ſes anſes & ſon bord extérieur, ſur lequel on lit une inſcription en vers Allemands, dont voici la traduction:

Le Fer dur fut ma Mère,
Qui accoucha d'un Enfant de Cuivre,
Celui-ci produit un Homme d'Argent,
Et eſt lui même joliment couvert d'Or.

Cette coupe m'a été envoyée en préſent, de même que trois autres pareilles, chacune faite diverſement & ornée d'inſcriptions particuliéres, de Vienne en Autriche par le Sieur *Jean Fréderic Guntter de Sternegg*, Apoticaire de Sa Majeſté Impériale & de la Cour, homme très verſé dans l'Hiſtoire Naturelle.

Num. 17. *Bois changé en Cuivre.*

Nous avons acheté ce rare morceau de Bois changé en partie en Cuivre, de même que pluſieurs autres Minéraux très précieux, à la vente du Cabinet de Minéraux du feu Sieur *Antoine Grill*, en ſon vivant Eſſayeur de la Banque d'Amſterdam, grand connoiſſeur & amateur de toute ſorte de Minéraux. Ce morceau de Bois, dont j'ignore l'eſpéce, rond d'un côté, offre ſur cette rondeur de petits Criſtaux de Cuivre natif, ſans qu'il ſoit aiſé d'expliquer comment il s'y eſt formé, a moins que l'on ne penſe, que ce que nous avons dit ci-deſſus du changement de Fer en Cuivre par l'*Eau de Cement*, puiſſe ſervir ici d'éclairciſſement.

Peut-être que ce Bois, qui ſemble être d'une nature aſſez

tallifodina quadam functum, clavisque terreis confixum fuit, in quos delapsa fortuito *Aqua Cæmenti* Ferrum solvit, ejusque in locum suas Aeris particulas substituit ac ligno agglutinavit. Tametsi vero nec clavi foramen, nec sedes aliqua Ferro munita, alicubi in ista massa appareat; est tamen, cur modo propositæ sententiæ inhæream, quia ligni illa pars, quam Cuprum obduxit, nigerrima est, parte reliqua, nuda, obscure fusca, perinde ac si Ferri rubigo nigrorem induxisset. Ceterum molle quasi Salicis lignum est colorisque cinereo grisei.

Num. 18. *Cinnabaris nativa, Japonica.*

Amœnissimi ruboris *Cinnabaris*, etiam distinctis granis conspicua, largissime per hanc glebam diffusa est. Matrix lapidea, obscure grisea, venis albis, crassis atque tenuibus, veluti marmorata, micis aureis & argenteis passim resplendet. Prona sede diceres Talcum vel Spatum, albi nitoris, adstare.

Num. 19. *Alia gleba Cinnabarina ex Japonia.*

Hæc priore etiam ditior est, massulisque nativæ *Cinnabaris* majusculis consita. Lapis obscure griseus, venis albis, auro velut refulgentibus, variatur.

Num. 20. *Gleba Cinnabarina Hungarica.*

Gleba hæc Hungarica satis quidem dives est; at vero coloris *Cinnabarini* elegantia, granorumque mole præcedentibus cedit & plus materiæ lapideæ albæ immixtum habet. Pars *Cinnabaris* purissima, instar pigmenti rubri, friabilis, cribro secernitur usuique Medicinali destinatur. Quodsi *Cinnabaris* Japonica, sinceris granulis massulisque rubore amœno radiantibus concreta, modico pretio venalis est, ea quidem, tanquam virtute medicata pollentior, præfertur: verum si Belgica ejus libra triginta aut quadraginta florenis constat, uti paucos ante annos contigit, Hungarica, cujus pondo plerumque tribus quatuorve florenis venditur, ob pretium minus, in usum trahi solet. Vires Medicatæ *Cinnabaris*, cum satis pervulgatæ sint, non est, cur iis enarrandis immoremur.

Num. 21. *Minera Hydrargyri ex Sina.*

Gleba est obscure grisei, quasi terrei coloris, nonnullis locis nitore Ferri micans, valde ponderosa. Ex relatione Peregrinatorum Sinense Imperium permultos habet montes ac metallifodinas, quam latissimæ extensionis, ex quibus Argentum vivum quandoque sponte profluit & exundat; ut nullo labore hauriri queat. Virgineum id appellatur estque purissimum. Cæteroquin & ex mineris elicitur, ut in Hungaria aliisque locis, de quo opere *Lemery*, *Schröderus*, tum *Ranovius* in suo *Naturæ & Artis Museo*, pluresque alii recentiores, prolixe egerunt.

sez compacte & dure, à été autrefois employé comme soutien dans quelque Miniére, & qu'on y aura enfoncé quelques gros cloux, sur lesquels l'*Eau de Cement* étant tombée par hazard en aura dissout le Fer, & y aura substitué ses particules de Cuivre, en les attachant au bois. Ce qui me fait pencher davantage vers ce sentiment, (quoiqu'on n'y voye ni trou de clou, ni aucun endroit garni de Fer,) c'est que la partie du Bois de laquelle le Cuivre paroît germer, est fort noire, & que le reste du Bois, qui n'est pas couvert de ce métal, est d'un brun obscur, comme si la rouille de Fer avoit teint l'autre de noir. Ce bois est au reste souple comme le bois de Saule, & d'une couleur grise cendrée.

Num. 18. *Cinabre Natif du Japon.*

Ce morceau est abondamment pourvu de *Cinabre* en grains, du plus beau rouge incarnat: sa matrice pierreuse est d'un gris obscur, comme marbrée de veines blanches, tant grandes, que petites, & parsemée de toute part de points d'Or & d'Argent. Par dessous elle paroît un Talc ou Spath blanc, luisant.

Num. 19. *Autre Mine de Cinabre du Japon.*

Cette Mine est plus riche que la précédente, & parsemée de particules plus grandes de *Cinabre* natif. Sa Pierre est d'un gris obscur, marbrée de veines blanches, comme brillantes d'Or.

Num. 20. *Mine de Cinabre d'Hongrie.*

Cette Mine de *Cinabre* d'Hongrie est assez riche, quoiqu'elle soit inférieure aux précédentes, tant pour la beauté de la couleur, que pour la grandeur des grains; aussi a t'elle plus de cette matière pierreuse & blanche, qu'elles. La partie la plus pure de son *Cinabre* est friable comme la matière à couleur rouge, se passe au tamis & sert dans la Médicine. Quand le Cinabre du Japon qui vient en grains & en petites masses rayonnantes de beau rouge, est à bon marché, alors on le préfere en Médecine comme étant le meilleur, mais lorsque la livre d'Hollande en coûte jusqu'à trente & quarante florins, comme il est arrivé il y a peu d'années, alors on se sert du Cinabre d'Hongrie à cause du bon marché, le prix n'en étant ordinairement que de trois ou quatre florins. Comme les effets du *Cinabre* sont assez connus, nous ne nous y arrêterons pas davantage.

Num. 21. *Mine de Vif-argent de la Chine.*

Id genus impressiones frequentissime reperiuntur; at sæpius etiam petrifacta illa corpuscula, stellata, quibus istæ impressiones debentur. Nimirum Encrini sunt marini, Plant-animalium petrifactorum genus, quorum de cauda abrupti articuli ea sunt forma, ut hujusmodi vestigia relinquant. Ejus autem generis cum maxime tres quatuorve species notæ sunt. Cauda vel potius pedunculus, quo mirificum hoc animal, plantæ similitudinem habens, sustinetur, in plerisque speciebus ex orbiculatis componitur articulis, diversæ longitudinis, qui utraque facie stellulam hujusmodi monstrant, foraminulo rotundo centrali pervium. Isti articuli, quorum magnus sæpe numerus in lapidibus congestus invenitur, *Trochitæ* & *Entrochitæ simplices*, vel *columnares*, appellari solent, prout ex uno vel pluribus ejusmodi articulis inter se etiamnum cohærentibus constant. Colore admodum variant, multisque in locis occurrunt.

Num. 22. *Lapis rotundus, dissecto fructui similis.*

Nonnulli dubitant, utrum hæc petrifacti species, quæ raro invenitur, Fructus in lapidem versus haberi debeat, an vero Coralium maximum, stellatum, petrifactum, quod intus stellæ formam, foris massam modo convexam ostendit. Color est obscure virescens, sordidus. Locus natalis ignotus.

TABULA CENTESIMA ET QUARTA.

Aetitarum variæ Species.

Quotquot hac Tabula exhibentur lapides, *Aetitæ* vel *Geodis* nomine veniunt. Veteres Scriptores permulta de illis commenta in medium protulerunt: nimirum in nidis juniorum Aquilarum inveniri, partum fœminarum promovere & similia. Interim Ferrarii duntaxat lapides sunt, intus cavi, crusta dura, Ferri compote, cavitatem concludente. Cavum istud plerumque unum pluresve lapillos continet; unde concussi sonitum edunt; uti sub lit. A. A. A. confractum, una cum suis lapillis, conspiciendum damus. Quandoque tamen occurrunt, qui cærulescente aqua repleti sunt; alii rursus, qui terrestrem pulverem continent, quibusque eam ob causam nomen *Geodis* impositum est. Sub lit. B. diffractus habetur, cujus cavum grandior lapillus occupat. Sub lit. C. alius, cui Cornu Ammonis accrevit. Color ut plurimum est flavescens, alias & obscure fuscus. In Germania frequentes occurrunt.

Num. 21. *Petits Caillous étoilés.*

Ces sortes d'empreintes se trouvent fréquemment, mais plus encore les petits corps pétrifiés, & en forme d'étoiles, qui les font, & qui ne sont que des articulations détachées de la queuë d'un genre de Plante-Animal ou Zoophyte pétrifié, connu sous le nom d'*Encrinus* ou Lys de Mer, dont on connoit déjà trois ou quatre espéces. La queuë ou plûtôt la tige qui soutient le corps de cet animal singulier, & qui ressemble à une plante, est composée, au moins dans la plûpart, d'articulations ou de sections orbiculaires de diverse longueur, qui ont des deux côtés la figure d'une étoile, percée d'un petit trou rond au centre. Ces petites articulations, dont on voit souvent bon nombre rassemblé dans des pierres, portent le nom de *Trochites* ou d'*Entrochites*, simples ou en colonnes, selon qu'elles sont composées d'une ou de plusieurs de ces articulations jointes ensemble. Leur couleur varie beaucoup, & on les trouve en plusieurs endroits.

Num. 22. *Pierre ronde & qui ressemble à un fruit découpé.*

Ces pétrifications, qui se voyent assez rarement, ont donné à quelques Amateurs sujet de douter, si on doit les prendre pour du fruit changé en pierre, ou pour le Corail marin étoilé & petrifié, qui a la figure d'une étoile en dedans, & celui d'une masse simple & ronde en dehors. Sa couleur est un verdâtre sale & obscur. J'ignore de quel endroit cette production est venuë.

PLANCHE CENT-QUATRIEME.

Différentes espéces de Pierres d'Aigle.

Toutes ces Pierres portent le nom d'*Etites* ou *Geodes*. Les anciens en ont rapporté nombre de fables, comme par exemple, qu'on en trouve dans les nids des aigles, qu'elles facilitent l'accouchement des femmes, & autres choses semblables. Pendant que ce ne sont que des pierres ferrugineuses, creuses en dedans, & entourées d'une croute dure, qui contient du Fer. Ces creux renferment communément une ou plusieurs petites pierres, ce qui fait qu'en les secouant, elles sonnent comme un grelot: en voit ici une cassée, avec les petites pierres qu'elle renfermoit. On en trouve quelquefois, qui sont remplies d'une eau bleuâtre, & d'autres qui contiennent une matière terreuse, à qui on a donné pour cela le nom de *Geodes*: On en voit une à la lettre B, qui est cassée, & dont la cavité contenoit une pierre assez grande. Une autre à la lettre C, à laquelle est accruë une Corne d'Ammon. Leur couleur est communément jaunâtre, & d'autrefois brune obscure. On les trouve fréquemment en Allemagne.


A
A
A
C
B.






TAB. CVI.
39
37
53
51
49
41
28
12
47
30
14
32
4
5
6
35
34
19
21
43
55
7
57
61
59
63
70
65
68
45
1
2
3
54
38
40
52
50
42
29
48
13
31
15
10
33
8
9
16
22
20
44
56
11
60
62
58
24
18
23
27
17
64
71
66
46
69
26

TABULA CENTESIMA ET QUINTA.

Silices causis fortuitis diversimode figurati.

Inter multiplicia corpora, quæ ad Regnum Lapidum vel rerum subterranearum pertinent, vix alia magis pervulgata sunt, quam id genus Silices. Occurrunt fere ubique locorum, in fundo fluminum, ad litora maris, etiam super tellure dispersi. Tametsi vero innumeræ sunt istorum lapillorum varietates, perpauca tamen apud Lithographos de illis annotata habentur. Quo factum esse videtur, ut Historiæ Naturalis Cultores de origine, incremento ac loco natali eorum in multifarias opiniones ac conjecturas inciderint. Colore admodum variant: videas pallide rufos, purpurascentes, obscure griseos, cæruleos; plerique tamen ex subgriseo cærulescunt, omnesque albis veluti venis interstinguuntur. Hæ venæ nonnisi albo illo vulgari Quarzo constant, quod creberrime, Minerarum comes, matricem quasi substernit, in qua Metalla generantur. Reliqua istorum Silicum materies naturæ saxeæ est: quod lapidum genus lingua Teutonica *Felsstein* vocatur, atque per universam Germaniam, aliisque in locis, incredibili quantitate invenitur. Plurimi montes ex eodem constructi sunt. Variis casibus sæpissime evenit, ut fragmenta de illis abrumpantur, quæ, cum de montibus præcipitantur, in minores massulas dissiliunt. Aqua perpetuo de jugis montium defluens minora hæc fragmenta in fluvios provolvit, quorum celerior cursus ea attritu rotundat ac lævigat. Quum vero Saxi, quam Quarzi albi venarum, mollior natura sit, illud per attritum plus materiæ deperdere necessum est, eoque fit, ut hujus venæ constanter, in medio lapidis, altius promineant, quin & sæpius ad extremitates Saxum duritie sua veluti tueantur, ne plane deteratur.

TABULA CENTESIMA ET SEXTA.

Conchylia marina ex montibus AVENIONENSIBUS *effossa.*

Postquam longe maximam partem diversarum classium, hisque subordinatorum generum ac specierum, quæ singula rerum naturalium Regna complectuntur, pertractavimus, colophonem Operi huic impositurí tandem transimus ad mirabilia illa corpora, quæ monumenta Naturæ jure meritoque appellari posse videntur. Corpora nimirum ex tellure eruta, tam in lapidem conversa, quam nativa sua materie & textura etiamnum prædita, sed indefinito annorum numero in terræ visceribus conservata, Conchylia marina, Pisces, alia Animalia, Plantas plantarumque partes, quorum sive conformationem spectes, seu aliunde cognitas, quas a natura habent,

PLANCHE CENT-CINQUIEME.

Caillous diversement figurés par des causes accidentelles.

Parmi le grand nombre d'êtres qui appartiennent au Regne des fossiles, ou des substances souterraines, l'on n'en trouve guéres de plus communes que ces sortes de Caillous, & on en rencontre presque par-tout, au fond des riviéres; de même qu'aux bords de la mer, & sur toute la surface de la terre; mais quoique les variétés de ces petites pierres soient presque innombrables, on en trouve très peu dans les livres des Auteurs qui ont écrit sur les pierres, ce qui a fait que les Amateurs de l'Histoire naturelle se sont beaucoup partagés, & ont fait diverses conjectures sur leur origine, leur accroissement & les lieux qui les produisent. Leur couleur varie beaucoup, tantôt c'est un roux pâle, tantôt c'est quelque chose d'approchant du pourpré, les uns sont d'un gris obscur, les autres sont bleus. Cependant le grand nombre est d'un bleu grisâtre, & ils sont tous marqués comme de veines blanches: ces veines ne sont autre chose que le Quartz blanc & vulgaire, qui se trouve si frequemment près des minéraux, & qui fournit une sorte de matrice, dans laquelle les métaux se forment ou s'engendrent. Le reste de la substance de ces Caillous est une espéce de pierre de roche, que les Allemands nomment dans leur langue *Felsstein*, & dont on trouve une quantité incroyable dans toute l'Allemagne & en plusieurs autres endroits: la plûpart des montagnes en sont composées. Il arrive très souvent que par divers accidents, ils s'en détachent de gros morceaux, qui roulant ou se précipitant de ces montagnes se cassent en de plus petites piéces; l'eau qui découle constamment du sommet des montagnes les emporte, & les fait descendre dans les riviéres, dont le cours rapide les pôlit & les arrondit par le frottement continuel. Le roc alors étant d'une substance plus molle que les veines blanches du Quartz, il doit perdre davantage par le froissement: delà vient que ces veines paroissent constamment plus saillantes dans le milieu de la pierre, & servent même très souvent, par leur dureté, à garantir les extremités de s'user tout-à-fait.

PLANCHE CENT-SIXIEME.

Coquilles de Mer, tirées des Montagnes d'AVIGNON.

Aprés avoir parcouru la plûpart des différentes Classes de productions, que la Nature nous offre dans chacun de ses trois Regnes, avec les genres & espéces, qui leurs sont subordonnées; nous allons, pour conclure cet Ouvrage dire un mot de ces êtres admirables, qu'on peut à juste titre appeller les antiquités ou monuments de la Nature. Je parle de ces corps tirés du sein de la terre, tant de ceux qui se sont changés en pierre, que de ceux dont on reconnoît encore la matiére & la forme naturelle, qui ont étés cachés pendant un cer-

habent, proprietates, certo aſſeverare licet, caſu fortuito in terræ interiora deveniſſe, nequaquam ibidem nata eſſe. Hæc, inquam, corpora cum maxime producemus in hoc Naturæ quaſi Theatro ob oculos ponenda.

Ratio ac ſcopus hujus Operis non permittit, ut de ampliſſima hac materie prolixe agamus, aut magno verborum apparatu multas ac diſcrepantes illas opiniones ſub examen revocemus, quibus Auctores explicare conati ſunt, quomodo hæc corpora, tum in tractus terræ planos, tum in montes, & ſæpe quidem in loca a mari remotiſſima, fuerint delata. Itaque unicum modo commentum hoc loco refutare conabimur, quod, tametſi omni veritatis ſpecie deſtitutum a peritis rerum naturalium Indagatoribus plane rejiciatur, nihilominus, quod mireris, non pauci hodie etiamnum amplecti & fovere non addubitant. Illos nimirum volo, qui opinantur, vires ſeminales corporum quorumvis naturalium per univerſam tellurem diffuſas eſſe, & ubique locorum majore minorive perfectione ſeſe exſerere, prout materiem matricemque nactæ fuerint naturæ ſuæ magis minusve convenientem. Unde conſequitur, ut cum, exempli gratia, ſemina quædam Conchyliorum, quibus marinæ duntaxat aquæ, tanquam proprium elementum, quadrare poſſunt, in gremium telluris inciderint, ſuas nihilominus ibidem ſpecies producant, ſed imperfectas ob loci materiæque præſentis ineptitudinem, neque adeo vivis animantibus, quemadmodum in mari evenit, inſtructas; pari ratione, ut plantæ in ſolo ſibi minus appropriato ſatæ, aut plantatæ, germinare quidem, ſed ſui generis perfectionem non attingere ſolent. Monſtroſum hoc commentum non modo falſiſſimum eſſe, ſed ab ipſarum etiam rerum natura alieniſſimum, vel ex eo quam pleniſſime demonſtratur, quod certiſſima experimentorum fide inter omnes hodie conſtet, animantia, quæ in teſtis conchyliorum habitant, ipſamet ſibi artificioſas admirabileſque iſtas domunculas fabrefacere; quin & eaſdem, pro increſcente corporis ſui mole, ſubinde ampliores reddere. Nonne hinc eluceſcit, animal, quod ſuam ſibi concham format, & ipſum vivere? Quis vero non obſtupeſceret, ſi, quod nunquam evenit neque deinceps eveniet, viventes aliquando Cochleas marinas, Oſtrea, Piſces marinos ac fluviatiles, in terræ gremio & montium viſceribus inveniremus? Bufo vivus, intra meditullium Saxi repertus, de quo monumenta Academiæ Suecicæ mentionem faciunt, hoc loco, tanquam exemplum in contrarium, proferri, mea quidem opinione, neutiquam poteſt; modo quis accurate, quæ de eo memorantur, perlegerit.

Quod vero attinet ad alteram illam hypotheſin, quæ dudum exploſa ac oblivioni tradita hiſce temporibus denuo in lucem protrahitur; quaſi Conchylia iſta marina, Piſces aliaque corpora petrifacta Naturæ luſus eſſent, ſimilique modo, ac aliæ quæcunque lapidum ſpecies, intra telluris viſcera naſcerentur; illa, inquam, toties tamque ſtrenue refutata eſt, ut nos cummaxime morari non debeat.

Ut igitur commentis hiſce, quæ merito reprobantur, noſtram denique ſuper iſta materie ſententiam ſubjungamus, fatemur equidem maxime nobis credibile videri, pleraque id genus corpora petrifacta ad terribilem Diluvii univerſalis cataſtrophen eſſe referenda. Abſit vero, ut negemus, potuiſſe etiam ſeriores perturbationes, inde a pluribus ſæculis in orbe noſtro concitatas,

certain nombre d'années dans les entrailles de la Terre, comme ſont les Coquilles de Mer, les Poiſſons & d'autres Animaux, des Plantes & leurs diverſes parties; toutes ſubſtances dont la figure & les propriétés font aſſurer avec confiance, qu'elles ſont entrées profondément dans la terre par quelque cas fortuit, & que certainement elles n'y ſont point nées. Ces corps vont préſentement être ſoumis à notre contemplation, & occuper leur place dans ce Théatre de la Nature.

La nature & le but de cet Ouvrage ne nous permettent pas de parcourir toute l'étendue de cette vaſte carrière, ni d'examiner en détail tous les ſyſtêmes imaginés par les Phyſiciens pour expliquer la maniére dont ces corps ont pû être portés non ſeulement dans des endroits bas de la terre, mais auſſi juſque ſur le ſommet des montagnes, & dans des lieux qui ſe trouvent à une diſtance conſidérable de la mer. Nous nous bornerons à refuter un ſeul ſentiment, qui quoique deſtitué de toute vraiſemblance & entiérement rejetté des connoiſſeurs intelligens en cette matière, ne laiſſe pourtant pas d'avoir encore ſes defenſeurs au grand étonnement des Sçavans. Cette opinion conſiſte à croire, que les facultés ſéminales ou les germes de tous les corps naturels ſont diſperſés par toute la terre, & ſe développent par-tout avec plus ou moins de perfection, ſelon qu'ils rencontrent une matière & une matrice, qui ait plus ou moins d'affinité avec leur nature: d'où il s'enſuit, que quand par exemple un germe de Coquille, auxquel l'eau de mer ſeule peut convenir, comme étant ſon propre élement, vient à tomber dans le ſein de la terre, il y produira bien ſon eſpéce, mais imparfaite, à cauſe que ni l'endroit, ni la matière qui l'environne ne lui peut convenir: d'où vient que le produit ne ſera point un être vivant, comme ceux qui ſe forment dans la mer; ainſi que les plantes ſemées ou plantées dans un terroir, qui leur eſt moins convénable, commencent bien à germer, mais ne parviennent point à la perfection qui leur eſt propre. Ce ſyſtême monſtrueux n'eſt pas ſeulement deſtitué de toute vérité, mais répugne entiérement à la nature même des choſes, & pour s'en convaincre, on n'a qu'à faire attention à ce que des expériences réitérées, ont fait recevoir aujourd'hui par-tout comme une vérité inconteſtable, que les animaux qui habitent les Coquilles de mer, ſont eux-mêmes les architectes de leurs belles & admirables demeures, & les étendent ou agrandiſſent de tems en tems, à meſure que leurs corps s'accroiſſent. N'eſt-il pas clair par-là, que l'animal qui forme ſa coquille doit avoir vecu? Mais qui ne ſeroit ſaiſi d'étonnement, s'il alloit trouver dans le ſein de la terre, & dans les viſceres des montagnes des limaçons de mer, des huitres, des poiſſons de mer & de rivière vivants, ce qui pourtant n'eſt jamais arrivé, ni n'arrivera jamais. Le crapaud vivant, qui a été trouvé dans le milieu d'un rocher, & dont les *Mémoires de l'Académie de Suéde* font mention, ne peut être allegué ici ſuivant notre avis, comme un exemple du contraire, ſur-tout pour ceux qui ont lu exactement ce qu'on en raporte.

Pour ce qui regarde une autre opinion, qui ayant croupi longtems dans l'oubli, paroît en vouloir reſſortir de nos jours, ſçavoir que ces coquillages de mer, ces poiſſons & autres corps petrifiés ne ſont que des jeux de la Nature, produits de la même façon, que toutes les autres eſpéces de pierres dans les entrailles de la terre, cette opinion dis-je, a été ſi ſouvent & ſi bien refutée, qu'elle ne doit pas nous arrêter plus longtems ici.

Afin donc de joindre notre ſentiment, ou plûtôt de l'oppoſer à ces opinions erronées, qui ont été rejettées à ſi juſte titre, nous avouons franchement que nous penchons à croire avec grand nombre d'Auteurs, que la plus grande partie de ces

tatas, quæ nonnunquam mare in terram, hancque in mare veluti transformarunt, ſuam eo ſymbolam conferre. Argumenta, quæ pro hac ſententia militant, cum plus ſatis a diverſis auctoribus expoſita ſint, non eſt, cur multis repetamus: adeo ſane evidentia ſunt, ut omnem videantur dubitationem eximere, & ſi quis ea absque partium ſtudio attente conſiderat, is facile detegit, quæcunque contra objiciuntur, nullius eſſe momenti; maxime poſtquam innoteſcere cœpit, omnia illa petrifacta aut effoſſa Conchylia, quorum ſpecies nativæ olim ignotæ fuerant, paullatim e locis ſuis natalibus in lucem proferri. De Cornubus Ammonis hodie conſtat, *J. Plancum* ea, quanquam minutiſſima, in ſabulo litoris marini jamjam detexiſſe. Nuperrime etiam *Conchæ Anomiæ* dictæ in oris maritimis Galliæ inventæ ſunt. Tametſi vero, quantum ſcio, ad hoc usque tempus Ammonis Cornua majora, aut diverſæ eorum ſpecies, prout in terræ viſceribus numeroſæ inveniuntur, nondum in ſtatu ſuo naturali ex mari protractæ ſunt; ex eo nihilominus, quod tantus aliarum ſpecierum, imo & generum numerus jam detectus ſit, manifeſte ſequitur certam affulgere ſpem, fore ut illa quoque demum detegantur. Inſuper Conchyliorum aliorumque animantium marinorum non paucæ ſpecies profundiſſime ſub aquis commorantur, ideoque raro ad nos perveniunt. Nonne hinc credibile eſt, permultas earum & forte integra genera nos etiamnum latere. Et quis indicaverit, quot & quam mirabilia corpora marina, nunquam a nobis conſpecta, in ignotis oris maritimis adhuc deliteſcant? Nemo certe auſit aſſerere, omnes & ſingulas ſpecies, quas oræ nobis cognitæ alunt, jamjam eſſe detectas. Quocirca nihil agunt, qui momentoſa illa, ſi Diis placet, objectione uti pergunt, quod plurima occurrant petrifacta, quorum naturales archetypi nondum ſint detecti. Supereſt tamen, quam nonnulli adhuc movent, difficultas hæc: quo nimirum modo omnia iſta marina Conchylia &c. in montes, unde effoſſa ſunt, devenerint? Ut nodum hunc breviter ſolvamus, repetere juvat, quæ modo ſupra memoravimus, nos videlicet illorum amplecti ſententiam, qui corpora iſta tanquam monumenta & reliquias ſumma admiratione dignas Diluvii univerſalis conſiderant. Aquis univerſam telluris ſuperficiem inundantibus plerique montes quoque obtecti eſſe debebant, nec niſi cacumina altiſſimorum ſicca prominere. Cui quidem opinioni illud etiam haud parum favet, quod obſervationibus conſtet, in apicibus celſiſſimorum montium nunquam reperiri petrifacta, & vel rariſſime in faſtigiis minus altorum. Extantes igitur illi montium apices totidem tunc temporis inſulæ erant varia altitudine & latitudine in ſummis aquis extenſæ; quemadmodum hodieque, quotquot habentur inſulæ, aquis circumdatæ, non eſſe videntur, niſi montes in fundo aquarum radicati, quorum culmina plus, minus lata de maris ſuperficie ſeſe efferunt, ut ſolum habitabile exhibeant. D. *Buache* jam ante quadrageſimum quintum hujus ſeculi annum hanc rem elegante mappa evulgata pleniſſime demonſtravit, quæ uti aliis præterea uſibus inſervit, ita potiſſimum, exploratis Oceani profunditatibus, fundum ejus adumbrat oſtenditque hunc, etſi aquis obtectus ſit, ſuos tamen & montes & valles & planitius haud minus, quam terram continentem, habere. Montes iſti, ſive in totum, ſeu ex parte aquis immerſi, pro more quorumvis ſaxoſorum maris littorum, ſedem præcipuam Conchyliis aliisque Piſcibus dare poterant; ut quod animantium genus utplurimum ejusmodi loca amat. Acceſſit deinde perpetuus aquarum

ces corps pétrifiés doit être rapportée à la terrible cataſtrophe du Déluge univerſel, ſans que nous prétendions nier pour celà, que des révolutions poſtérieures, arrivées depuis pluſieurs ſiécles dans notre globe, & par leſquelles ce qui étoit terre a été changé en mer, & ce qui étoit mer eſt devenu terre, n'y ayent pu contribuer. Les raiſons démonſtratives de ce ſentiment ayant été amplement déduites par divers Auteurs, il ne ſera pas néceſſaire d'y inſiſter davantage; elles ſont d'ailleurs ſi évidentes, qu'elles ne paroiſſent laiſſer aucun ſujet de doute, & ſi on les conſidere avec attention & ſans partialité, l'on découvrira aiſément, que toutes les objections, que l'on y oppoſe ne ſont d'aucun poids, ſur-tout depuis que l'on commence à retrouver toutes ces pétrifications ou coquilles foſſiles, dont on ne connoiſſoit ci-devant point les eſpéces naturelles, l'une après l'autre dans les lieux qui les produiſent. C'eſt une choſe très connuë de nos jours, que les Cornes d'Ammon ont été trouvées, quoique très petites dans les ſables du bord de la mer par *J. Plancus*, comme on a trouvé récemment ſur les côtes de France la coquille ditte *Anomia* ou *Cocq & Poule*: & quoique juſqu'à cette heure on n'ait pas encore trouvé de grandes Cornes d'Ammon, au moins que je ſache, ou qu'on n'en ait pas tiré de la mer diverſes eſpéces, comme on en voit grand nombre de foſſiles ou de pétrifiées; cependant la découverte de tant d'autres eſpéces, & même de genres entiers inconnus auparavant, montre clairement, qu'on peut ſe flatter avec beaucoup de fondement, d'en rencontrer par la ſuite. Ajoutez à cela, qu'un grand nombre de Coquillages & d'autres animaux de mer, ſe tiennent au plus profond de la mer, & parviennent rarement juſqu'à nous, n'eſt il donc pas vraiſemblable que pluſieurs eſpéces, & peut-être des familles entières ne ſont pas encore parvenuës à notre connoiſſance? Et qui pourra nous dire combien de ſubſtances marines & étrangéres, qui n'ont jamais été offertes à notre vuës, reſtent ſur des côtes maritimes inconnuës? Qui même ſeroit aſſez hardi pour oſer aſſurer, que toutes les eſpéces que produiſent les côtes fréquentées & connuës, ſoient déjà découvertes? Ainſi l'objection la plus apparente, ſçavoir qu'on trouve nombre de pétrifications, dont on n'a pas encore découvert les types originaux dans leur état naturel, n'a au fond rien de fort conſidérable. Il reſte cependant encore une difficulté à réſoudre. Quelques-uns demandent de quelle manière tous ces Coquillages de Mer, &c. ont pu pénétrer dans les Montagnes, d'où ils ſont ſortis? Afin de reſoudre cette queſtion avec toute la briéveté poſſible, nous renvoyons à ce que nous avons déjà dit plus haut, ſçavoir que nous tenons pour le ſentiment de ceux qui regardent ces êtres comme des monuments, & des veſtiges de la grande & terrible cataſtrophe arrivée à notre Terre, ſçavoir le Déluge univerſel. Car les eaux du Déluge, qui inondérent toute la terre, ont dû couvrir la plûpart des montagnes, & ne laiſſer à ſec que la cime des plus hautes. Ce qui favoriſe conſidérablement cette opinion, c'eſt qu'il eſt prouvé par des obſervations, qu'on n'a jamais trouvé des pétrifications ſur la cime des montagnes les plus élevées, & même très rarement ſur le ſommet des moyennes. Les têtes de ces montagnes n'étoient donc, dans le tems de l'innondation, que des Iſles de différente hauteur & largeur, baignées par la ſurface des eaux, comme toutes les Iſles connues de nos jours, doivent être reputées des montagnes qui s'élevent du fond du lit de la mer, dont la cime plus ou moins large s'éléve au deſſus de la ſurface de la mer, & fournit une terre habitable. Mr. *Buache* a démontré pleinement ce point avant l'année 1745. en publiant une très belle Carte, qui entr'autres uſages, ſert principalement à faire connoître le fond de la mer en la ſondant, & montre clairement, que ce fond quoique couvert de l'Ocean, n'a pas moins ſes montagnes & ſes vallées, que le continent. Ces montagnes ou entiérement couvertes d'eau, ou-

rum fluxus ac omnifaria agitatio, qua corpora illa intra emollitum ſolum altius inſinuari, aut limo de apicibus & obliquis lateribus montium ſubmarinorum detrito tandem obrui ac veluti ſepeliri neceſſum fuit. In his vero latibulis recondita aut naturam ſuam retinuerunt, aut diuturnitate temporis aptæque materiæ penetratione demum in lapideam duritiem abierunt. Exotica autem illa petrifacta, tum Vegetabilia, tum Conchylia aliaque animalia, quæ, cum in aliis mundi partibus, Aſia, Africa, America, locis longiſſime remotis naſcantur, in noſtra tamen Europa, uti in Germania & alibi, effodiuntur, invicto ſane documento oſtendunt, ſtupendam orbi terraqueo perturbationem olim illatam fuiſſe, cujus ratio probabilis vix aliunde, niſi ex Diluvio univerſali, depromi queat.

Quæ hac Tabula depicta ſiſtuntur, Conchylia foſſilia nequaquam vere petrifacta ſunt, ſolo, unde eruta fuerunt, procul dubio ad hanc mutationem inducendam parum idoneo, ſed pleraque tantum *calcariam* naturam monſtrant, tanquam ſi in ſabulo, quo ſepulta jacuerunt, calcinata forent. Forma ſua duntaxat conſervata, duritiem coloresque nativos exuerunt. Quod autem ſummopere mireris, pleraque omnia, etſi ex montibus Avenionenſibus effoſſa ſunt, ſpecierum cognitarum, quas Aſia & America profert, characteres oſtendunt. Plane ſimilia eodem modo effodiuntur in *Helvetia* atque in *Campania* ad oppidum dictum *Victoriacum Francicum* & *Courtagnon.* Colore ſunt ex albo in cinereo griſeum & dilute flaveſcentem vergente. En! denominationes generum naturalium, ad quæ pertinent.

Num. 1. ad 11. Stromborum diverſæ ſpecies, inde *Strombitæ* dictæ.

Num. 12. 13. Duæ Cochleæ globoſæ, perraræ, *Globoſitæ* vocandæ.

Num. 14. ad 26. Diverſa Buccina: *Buccinitæ.*

Num. 27. Caſſis minuta, itidem valde rara.

Num. 28. ad 31. Neritæ: *Neritita.*

Num. 32. ad 35. Cylindri: *Cylindritæ.*

Num. 35.* Murex: *Muricites.*

Num. 36. Concha plerumque inter cordiformes relata: hinc *Bucardites.*

Num. 37. ad 50. Ejusdem generis ſunt; quanquam a nonnullis ad Chamas referuntur tumque *Chamitæ* audiunt.

Num. 51. 52. Arca Noachi vel Concha rhomboidalis.

Num. 53. ad 56. Oſtreorum ſpecies: *Oſtracitæ.*

Num. 57. 58. Arcæ Noachi ſpuriæ.

Num. 59. ad 66. Chamæ: *Chamitæ.*

Num. 67. ad 69. Frutices Corallini, qui nobis Fungi marini vocantur.

Num. 70. 71. Congeries minutiſſimorum ejusmodi Conchyliorum foſſilium, in duabus arculis.

ou ſeulement en partie peuvent avoir ſervi de demeure aux Coquillages & à d'autres Poiſſons, comme c'eſt l'ordinaire de toutes les côtes pierreuſes ou couvertes de rochers, que ces ſortes d'animaux choiſiſſent par préférence; enſuite le mouvement continuel de l'eau & ſes différentes agitations ont du enfoncer plus profondement ces ſubſtances dans un terroir ramolli, ou les ont dû couvrir du limon entraîné du ſommet ou des bords latéraux des montagnes ſubmergées, & les y enterrer à la fin entiérement. Après quoi ces corps ainſi cachés, ou conſervés dans les entrailles de la terre, ou ont gardé leur premier état, ou ſe ſont changés par le laps du tems & l'intuſſuſception d'une matière lapidifique. Les Pétrifications étrangéres comme ſont les Plantes, les Coquillages & autres animaux des différentes parties du Monde, de l'Aſie, de l'Afrique & de l'Amérique, qui cependant ſe trouvent dans l'intérieur de la terre de notre Europe comme en Allemagne, & ailleurs, & qui s'en tirent journellement, ſont une preuve incontestable du bouleverſement que notre globe a ſouffert, & dont on ne peut rendre raiſon, que par ce Déluge univerſel.

Les Coquillages foſſils, tirés du ſein de la terre, & qui ſont repréſentés à cette Planche, ne ſont nullement pétrifiés, apparemment à cauſe que le terrein, dont ils ont été tirés y étoit peu propre, mais la plûpart ſont enduits d'une eſpéce de chaux, comme s'ils avoient été calcinés dans le ſable, qui les a ſi longtems recouverts. Ils ont ſeulement conſervé leur figure, en perdent leur ancienne dureté & leurs couleurs. Mais ce qu'il y a de plus étonnant, c'eſt qu'ils ont preſque tous les caractères d'eſpéces connue de l'Aſie & de l'Amérique, & ſont cependant tirés des montagnes d'Avignon. L'on en trouve de tout-à-fait ſemblables en *Champagne*, à *Courtagnon*, & à *Vexin le François*, comme auſſi en *Suiſſe*. Leur couleur eſt depuis le blanc, en tirant ſur le gris cendré, juſqu'au jaunâtre clair: & voici les noms des Genres naturels, auxquels ils appartiennent.

Num. 1. à 11. Diverſes eſpéces de Coquilles en vis pétrifiées, dites *Strombites.*

Num. 12. & 13. Deux Coquilles en Figues, très rares, dites *Globoſites.*

Num. 14. à 26. Divers Buccins; *Buccinites.*

Num. 27. Petit Caſque, très rare.

Num. 28. à 31. Nerites ou Demi-lune; *Neritites.*

Num. 32. à 35. Cylindres; *Cylindrites.*

Num. 35. * Murex; *Muricite.*

Num. 36. Cette Coquille bivalve eſt comptée ordinairement parmi celles, qui ſont en forme de cœur, de-là le nom *Bucardite.*

Num. 37. à 50. Sont du même genre, quoique quelques-uns les comptent parmis les Bailleuſes ou Chames, d'où le nom de *Chamites.*

Num. 51. & 52. Arche de Noé ou Coquille romboïdale.

Num. 53. à 56. Eſpéces d'Huitres; *Oſtracites.*

Num. 57. & 58. Fauſſe Arche de Noé.

Num. 59. à 66. Bailleuſes ou Chames; *Chamites.*

Num. 67. à 69. Petites Plantes corallines, qui portent chez nous le nom de Champignons de mer.

Num. 70. & 71. Deux tiroirs, qui contiennent beaucoup de petits Coquillages foſſils, pareils aux grands.

28. 15. 27. N°. 1. 23. 16. 6. 17.
7.
18. 4. 8. 9. 10. 11.
19.
25.
33.
22.
3. 20. 12.
2. 5.
34.
31.
21. 13. 29. 30. 32.

TABULA CENTESIMA ET SEPTIMA.

Conchylia marina &c. petrifacta, maximam partem in Germania de terra eruta.

Plurima, quæ hac Tabula exhibentur, reapse in totum petrifacta sunt, eoque a prioribus magnopere discrepant.

Num. 1. 2. 3. Diversæ Stromborum species, quarum prior lapidea sua matrice etiamnum conclusa est. Num. 3. nucleus est, cui Strombus pro modulo fuit, qui materiæ intus contentæ, cum in lapidem abiret, suam formam impressit; quod Petrifactorum genus idcirco nomen *Nuclei* accepit.

Num. 4. Nucleus Limacis vel Cochleæ fluviatilis.

Num. 5. Testa Cochleæ petrifacta, fossilis.

Num. 6. ad 13. Cornua Ammonis varia. Hujus quidem generis, ultra quam dici possit, plurimæ ac diversissimæ inveniuntur species in telluris gremio. Prout externis dotibus inter se discrepant, ita diversimode cognominantur, uti lævia, spinosa, sulcis latis, furcatis, &c. Inter Conchylia petrifacta vix aliud genus est, cujus nativa exempla minus innotescant; tametsi fossilia numero incredibili reperiantur. *Plancus* tamen, ut supra indicavimus, minimas quasdam species in sabulo litoris *Ariminensis* invenit: unde spes est fore, ut aliquando plenius in lucem protrahantur.

Num. 14. Testa ostrei petrifacta, prægrandis, utraque facie depicta.

Num. 15. ad 24. Chamarum, Ostreorum aliarumque specierum testæ in lapidem versæ.

Num. 25. Fragmentum lapidis, in quo variæ conchæ defixæ sunt.

Num. 26. & 27. Glossopetræ variæ, quæ male serpentum linguæ olim dictæ, non sunt nisi dentes Canis Carchariæ. Insula *Melita* maximas ejus generis species exhibet.

Num. 28. ad 30. Cancri petrifacti, qui in Indiis Orientalibus, ad oram Zeylanensem & Coromandel effodiuntur.

Num. 31. Pars Cornu Cervini, quod in Germania de tellure erutum est. Nomen TIBERIUS ei insculptum cernitur. Nimirum Principibus in more positum est, ut cum venatione se delectant, quandoque feram a se captam nomine suo insigniant iterumque liberam dimittant: cujusmodi Accipitres aliæque feræ non raro venatu captæ sunt, notas aut nomina a pluribus retro annis sibi inscripta monstrantes. Nolim tamen pro certo asseverare, huic Cornui Cervino nomen istud jussu Romani Imperatoris TIBERII insculptum esse, atque adeo hoc monumentum inde ab antiquissimis temporibus nati SERVATORIS repetere. E contra turpis lucri cupido, quæ nunquam non imperitis & male credulis hominibus fucum facere studet, uti quemque cautum esse jubet, ita nobis quoque non suadet quidquam decernere, sed potius cujuslibet contemplatoris judicio totam hanc rem committere.

Num. 32. Coralium petrifactum, vel Fungus marinus, quorum permulti in monte Randio Helvetiæ inveniuntur.

Num. 33.

PLANCHE CENT-SEPTIEME.

Coquillages de mer, &c. pétrifiés, & tirés du sein de la terre en Allemagne.

LA plûpart des objets, représentés à cette Planche, sont réellement tout-à-fait changé en pierre, & différent par-là beaucoup de ceux de la Planche précédente.

Num. 1. 2. & 3. Diverses espéces de Coquilles en vis, dont la premiére est encore renfermée dans sa matrice pierreuse. Num. 3. est un noyeau, auquel une Coquille à vis a servi de moule, en imprimant sa figure à la matiére du dedans, qui s'est durcie en pierre, & c'est pour cela que cette espéce de Pétrification porte le nom de *Nucleus* ou Noyeau.

Num. 4. Noyeau ou *Nucleus* d'un Limaçon de terre ou de riviére.

Num. 5. La coquille d'un Limaçon, pétrifiée & fossile.

Num. 6. à 13. Différentes Cornes d'Ammon, dont on trouve une quantité incroyable, & des espéces très différentes dans le sein de la terre. On leurs donne différents noms suivant leur figure, qui est ou lisse, ou épineuse, à sillons larges, fourchus &c. Celles des num. 12. & 13. sont enduite de Marcassite. Entre les Coquillages pétrifiés il n'y a point de genre, dont on ait trouvé si peu d'espéces dans leur état naturel, quoique le nombre de ceux qui se trouveut pétrifié, soit incroyable. Cependant *Plancus*, comme nous l'avons dit plus haut, en a trouvé les plus petites espéces dans les sables des bords de la mer près de *Rimini*, ce qui fait espérer, qu'avec le tems on en découvrira davantage.

Num. 14. Ecaille d'Huitre pétrifiée, très grande, vuë en dedans & en dehors.

Num. 15. à 24. Ecailles de Chames, d'Huitres & d'autres espéces différentes, changées en Pierres.

Num. 25. Morceau de Pierre, auquel sont attachées plusieurs écailles.

Num. 26. & 27. Différentes Glossopétres, dites mal à propos Langues de Serpent, n'étant que des dents dune espéce de Requin. L'on trouve les plus grandes espéces de ce genre dans l'Isle de *Malte*.

Num. 28. à 30. Crabbes de mer pétrifiées, qu'on tire de la terre sur les côtes de Ceylan & de Coromandel.

Num. 31. Portion d'une Corne de Cerf, qui a été tirée de dessous terre en Allemagne. On y voit grave le nom de TIBERIUS, ce qui doit son origine à une coutume usitée par les Princes qui prennent le plaisir de la Chasse: ils y ajoutent celui de marquer de leur nom le gibier qu'ils ont pris & le relâchent ensuite. Ainsi on a souvent rencontré des Hérons & autres bêtes de Chasse, qui portoient des caractères ou des noms, qui leurs avoient été donné nombre d'années auparavant. Nous ne prétendons en aucune manière assurer ici, que le nom, que porte ce morceau de Corne de Cerf, y ait été gravé par ordre de l'Empereur Romain TIBERE, & qu'ainsi ce morceau puisse prétendre à une antiquité des plus reculées, sçavoir au tems ou nôtre SAUVEUR marchoit sur la terre. Au contraire l'avidité du gain toujours prompte a duper les ignorans & ceux qui sont trop crédules, avertit chacun d'être sur ses gardes, & nous empêche de rien décider ici, aimant mieux laisser à chacun la liberté d'en penser ce qu'il voudra.

Num. 32. Corail pétrifié ou Champignon de Mer, dont on trouve une grande quantité en Suisse dans les montagnes de Randio.

Num. 33.

Num. 33. & 34. Bina Cornua Ammonis, minora, petrifacta, ex Helvetia. Id genus petrifacta longe etiam minora & inde per varios gradus intermedios ad ſtupendam usque molem reperiuntur.

TABULA CENTESIMA ET OCTAVA.

Diverſæ Lignorum petrifactorum ſpecies.

NUM. 1. & 2. Duo prægrandia fruſta ligni ejusdem generis, in duriſſimum lapidem converſi. Externa lævitas & alterum extremum acuminatum indicare videntur, in fluvio quodam reperta eſſe; at in quonam, non conſtat. Pondere circiter 140 aut 150 libras æquant. Intus, quod ex icone facile cognoſcitur, colore ſunt nigro, in circumferentia cinereo, compagine lamellata. Foris color in fuſcum vergit.

Num. 3. Fragmentum minus, magnopere, non ſecus quam cetera, quæ ſequuntur, a prioribus differens. Color fuſcus eſt. Extrinſecus quam manifeſtiſſime nodum conſpicere licet.

Num. 4. Et hoc tum forma, tum colore, qui maximam partem obſcure griſeus eſt, diſcrepat. Dixeris a latere alteri cuidam corpori agglutinatum fuiſſe.

Num. 5. ad 8. Procul dubio & hæ diverſæ ſunt lignorum ſpecies, quæ tamen ob magnam mutationem, quam lapideſcendo ſubierunt, vix ſatis accurate diſtingui & ad nota lignorum genera referri poſſunt.

Num. 9. Ligni plantæve exoticæ hanc eſſe ſpeciem pro certo habeo. Superficies undique profundis plicis ſulcata eſt & duobus locis veluti geniculata: unde arundinis veluti naturam præ ſe fert.

Num. 10. Multum hoc cum priore num. 7. convenit, pluribusque notis lignum quercinum in lapidem duratum refert.

Id genus Ligna in lapidem converſa compluribus quidem in regionibus inveniuntur, nullibi tamen pulcriora & quæ ſuam ſpeciem manifeſtius prodant, quam in Bohemia, Hungaria & Saxonia Coburgenſi. His etenim in locis etiam occurrunt, quæ, in Achaten aut potius in Jaspidis perquam duræ ſpeciem mutata, polituram recipiunt eximioque tum nitore refulgent. In agro Coburgenſi terrisque huic finitimis integri arborum prægrandium trunci, longitudine triginta & ultra pedum, reperiuntur in naturam Jaſpideam tranſmutati.

Num. 33. & 34. Sont deux petites Cornes d'Ammon pétrifiées, trouvées en Suiſſe. Il y a une gradation étrange dans cette ſorte de pétrification, depuis une petiteſſe étonnante, juſqu'à un degré de grandeur énorme.

PLANCHE CENT-HUITIEME.

Diverſes eſpéces de Bois pétrifiés.

Num. 1. & 2. Deux grandes piéces de Bois du même genre, changées entiérement en une Pierre des plus dures: leur ſurface liſſe & polie, & une de leurs extrémités pointuë, ſemblent annoncer, que ces morceaux ont été trouvé dans quelque riviére, l'on ne ſçait pourtant où. Leur poids eſt d'environ 140 à 150 livres; leur intérieur eſt noir, ce que le deſſein dénote ſuffiſamment; la circonférence eſt d'un gris cendré & feuilletée. La ſurface extérieure tire ſur le brun.

Num. 3. Morceau de Bois plus petit & tout-à-fait différent des deux premiers, ainſi que les ſuivants. Sa couleur eſt brune, & on y voit en dehors un nœud très reconnoiſſable.

Num. 4. Celui-ci differe encore des autres par ſa figure & ſa couleur, qui eſt un gris obſcur. On diroit qu'il avoit été collé par un de ſes côtés contre quelque autre corps.

Num. 5. à 8. Sont ſans doute différentes eſpéces de Bois, qui néanmoins à cauſe du grand changement, qu'elles ont ſubit en ſe pétrifiant, peuvent à peine être diſtinguées & rangées ſous des eſpéces connuës.

Num. 9. Ce morceau eſt certainement détaché d'une eſpéce de Bois ou de Plante étrangère: ſa ſurface eſt ſillonnée tout a l'entour de plis très profonds, & partagée en deux endroits par des eſpéces d'articulations, ce qui le fait ſoupçonner du genre de roſeaux.

Num. 10. Ce morceau convient à beaucoup d'égards avec celui du num. 7, & porte pluſieures marquées, qui l'annoncent pour du Bois de Chêne pétrifié.

Ces ſortes de Bois pétrifiés ſe trouvent en beaucoup d'endroits, mais il n'y en a nulle part de plus belles eſpéces, ou qui laiſſent mieux appercevoir ce qu'elles ſont, & à quels arbres on doit les rapporter, que dans la Bohème, la Hongrie, & le Pays de Saxe-Coburg. On en trouve dans ces contrées, qui ſont changées en une très belle Agathe ou plûtôt en une eſpéce très dure de Jaſpre, qu'on peut polir en perfection. Dans le Duché de Coburg, & Pays limitrophes on trouve des troncs entiers de très grandes arbres, de plus de trente pieds de longueur, changés en cette eſpéce de Jaſpre.

FINIS UNIVERSI OPERIS.

INDEX



No. 1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

INDEX RERUM,

ALPHABETICUS.

A.

B.

C.

Ra-

D.

E.

Erica

F.

I.

J.

K.

L.

N.

O.

P.

Octo-

Q.

R.

S.

Salamandra

Serpens

T.

TUPINAMBI.

U.

V.

Aliæ

W.

X.

Y.

FINIS.



TABLE

TABLE ALPHABETIQUE
DES
MATIERES,
POUR LES QUATRE VOLUMES.

A.

Autre

B.

D.

E.

F.

G.

Génération & Metamorphoſe des Grenouilles *Aſiatiques.*

Métamorphoſe des Grenouilles *d'Amérique en poiſſons.*

H.

I.

M.

N.

O.

Deux

Autre

PHILANDER,

Q.

R.

S.

Deux

Deux

T.

Troisiéme

W.

X.

Y.

Z.

F I N.

